

Sala

2

2

Gab.

1

Est.

8

8

Tab.

13

13

N.º

10

10

10

Ex. n.º 7.

COMMENTARII
COLLEGII CO-
NIMBRICENSIS
SOCIETATIS
IESV,

In octo libros Physicorum Aristotelis Stagiritæ.



*Megro de
de S.*

*Coimbra
Joseph.*

CONIMBRICÆ.

*Typis et expensis Antonij à Mariz Vniuersitatis Typographi.
Anno Domini, M.D.LXXXII.*

CVM PRIVILEGIO REGIS.



Handwritten scribbles at the top left corner.

COMMITARI

COLLEGI

NIMBRICENSIS

SOCIETATIS

1657

In octo libros Physicorum Aristotelis Stagiritae

Stamp: BIBLIOTHECA DA UNIVERSITATE 32302

Handwritten notes on the left side.

Handwritten notes on the left side.



Handwritten notes on the right side.

Handwritten notes on the right side.

COMMITARI

Tunc et expeditur Antonio de Maria N. Universitatis N. Societatis
anno Domini, M.D.LXXVII.

CVI PRIVILEGIO REGIS.



IUDICIUM DOCTORVM, QVIBVS
hoc opus perlegendi cura demandata est à serene-
nissimo Principe Cardinale Alberto, su-
premo in Lusitania Inquisitore.

Perlegimus hanc partem Cursus Conimbricensis, id est cōmen-
tarios in octo libros Physicorum Aristotelis, nihilque in eis in-
uenimus, quod fidei, aut bonis moribus repugnet. Quin verò
censuimus esse opus & doctrinæ subtilitate, & styli nitore, & rerum,
quæ in eo tractantur, copia & varietate insignis; nec Philosophis tã-
tum, sed Theologis quoque perquam vtile futurum. Quod proinde
non modo typis excudi, sed immortalitati commendari debeat.

D. Gabriel à Costa.

D. F. Ægidius à presentatione.

FACULTAS SUPREMI IN-
quisitionis consilij.

Possunt imprimi hi commentarij. Olisipone xvii. Kal. Augusti
M.D.XCI.

Antonius de Mendonça.

Iacobus de Sousa.

FACULTAS ILLVSTRISS. AC REVE-
rendiss. D. Alphonsi de Castelbranco
Episcopi Conimbricensis.

Excudi possunt hi commentarij in octo libros Physicorum Aristote-
lis; cum nihil contineant à sacrosancta religione, aut recta morũ do-
ctrina alienum. Conimbricæ Idibus Maij M.D.XCI.

D. ALPHONSVS EPISCOPVS COMES;

FACULTAS REGII SENATVS.

Possunt excudi hi commentarij. Olisipone xv. Kal. Augusti
M.D.XCI.

Hieronymus Pereira.

Iacobus Lameira.

Damianus D'aguiar.

FACULTAS GENERALIS

Præpositi Societatis Iesu.

Quod iam pridem optabant multi, ut cōmunes Philosophiæ commentarij manuscripti, qui in Conimbricensi liberalium artium Academia Societati nostræ commissa quotidiano excipientium labore dictabantur, recognoscerentur, auctique & locupletati mandarentur typis; id ut fieret, aliquot ante annos à Reuerēdo admodum Patre Nostro Generali Claudio Aquauia cōstitutum erat. Sed cū res longius protraheretur, eius cura nobis demandata, cū prouinciam eius nomine lustraremus, non iudicauimus tantum scholasticorum leuamen diutius esse differendum. Itaque maiori diligentia adhibita, cū pars ea, qua libri de naturali auscultatione exponuntur, opera & industria, examine etiam & correctione præstanti ingenio Magistrorum parata esset ad prælum, & reliqui deinceps commentarij diligentius perficerentur, non fuit cur expectarentur ij, qui ad Dialecticam pertinent, ut ab eis typographica editio totius Philosophiæ curriculi initium sumeret: dum enim illi excuduntur, hi recognoscentur, complementumque accipient. Cū igitur in hac commentariorum parte nihil reperiat, quod sanæ doctrinæ aduersetur, opusque ipsum perutile sit, & ad rem accommodatū, eiusdem Patris Nostri Generalis speciali facultate nobis cōmunicatā cōcedimus, ut typographorum opera in lucem emittatur. Olisipone x, kal. Nouembris anno Domini 1591.

Petrus Fonseca.

SVMMA DO PRIVILEGIO

Real.

POr priuilegio del Rey nosso senhor, cōcedido aos Padres da Cōpanhia de Iesu deste Reyno, ninguē pode imprimir, nē fazer imprimir, nē trazer de fora qualesquer liuros compostos, ou ordenados, ou treladados por elles sem sua licença: so pena de perder os ditos liuros, & trinta cruzados, como mais largamente se contem no priuilegio.

La
4. c
1. d
3. C
Tuf

D. D.
phy.
epif.
2. off

P R O O E M I V M
 I N O C T O L I B R O S
 P H Y S I C O R V M
 A R I S T O T E L I S.

D E N O M I N E D E F I N I T I O:
 neq; Philosophiæ.

Horum prin-
 cipes enume-
 rat Plato in
 Protagora.



QUOLIM magnarum rerum intelligentia, & doctrina, cæteris præstare videbatur, eos Græci σοφους, idest, sapientes nuncupabant. Verum hoc nomen, quod speciem arrogantia præ se ferebat, ac multis erat inuidiosum, auctore Pythagora mutatum est, qui & se philosophum dici voluit, & philosophiam primus appellavit. Cum enim apud Leontium regem Phliasiorum doctè, & copiosè disseruisset; rogatus ab eo quidnam artis profiteretur, aut qua potissimum in re sapiens esset; respondisse fertur se neq; artem scire ullam, neque esse σοφον, idest, sapientem; sed φιλόσοφον, idest, amicum sapientiæ. Placuit novitas eius vocabuli, quod & veterem sapientum minueret inuidiam, & singularem testaretur sapientiæ dignitatem. Atque hinc Philosophi, Philosophiæq; nomen latè increbuit; nec solū à Pythagoreis, sed etiam à Platoniceis, & eorū æqualibus, posterisque omnibus communi fuit approbatione vsitatum. Cuius rei meminit D. Augustinus 14. de Trinit. cap. 1. Clemēs Alexandrinus. 1. Stromatum, Iamblichus 1. de secta Pythagorica, alijq; non pauci.

Philosophi,
 & Philoso-
 phiæ nomē
 à Pythag. in-
 uentum.

Laetantius lib.
 4. c. 2. Plutar.
 1. de plac. c.
 3. Cic. 1. & 5.
 Tusc. qst.

Porro Philosophiam nō vno omnes modo definiere. Quidam ita, Philosophia est amor sapientiæ. Hæc tamen explicatio, vt aduertit Hugo Viëtorius 2. Didascalon cap. 1. nominis etymologiam, nō rei subiectæ naturam aperit: siquidem sapientiam nō in voluntate insidet, cuius est amare; sed in intellectu, cuius est intelligere, & sapere. Quanquam & illud dici potest, idcirco Philosophiam amorem defini sapientiæ, quod excellens rerum cognitio haud quaquam sine amore constet. Quò pertinet illud ex libro de secretiore sapientia secudum Aegyptios, Amor intelligentē comitatur, quia sine hoc intellectus quasi in solitudine, atq; silētio positus nihil cōprehēdit.

1. philoso-
 phiæ defini-
 tio.

D. Damas. 1.
 phy. Senec.
 epis. 15. Cic.
 2. offi.

Alij Philosophiam esse dixerunt, humanarum, diuinarumq; rerū cognitionem, & scientiam. Qui nomine rerū humanarum, corporū concrecioni obnoxias, ac nobis familiares; diuinarū verò, nullo

2. definitio.

materiae nexu cohaerentes, & in recessu naturae absconditas intellexere. Vel, ut est aliorum sententia, per res humanas, eas, quae ad tuenda vitae officia, & civilem societatem pertinent, significarunt; per diuinas autem, caeteras, quarum contemplatio Philosophum a communi cœtu auocat, & reliquis mortalibus diuiniorum reddit. Et haec quidem definitio, siue in Zenonis porticu, siue in Platonis Academia, orta fuerit, Philosophantium scholas maximè peruagata est; eamque refert Plato in Theæteto, & Phædone, Cicero lib. 4. Tusculanarum quaest. Philo Iudæus in libro de congressu quaerendae eruditionis gratia. Verum illa non singulis Philosophiae partibus; sed omnibus simul sumptis conuenit. Non enim quaelibet pars Philosophiae humana simul & diuina considerat.

9. definitio.

duplex mors.

Mercurij Trismegisti sententia, quo pacto philosophandum sit.

Philosophia cur mortis cōtemplatio.

4. definitio ex Aristotele potissimum desumpta.

Rursus Plato in dialogo de sapientia, hanc aliam inculcat descriptionem, quam ex Pythagorae disciplina manasse testatur. D. Hieronymus in Apologia aduersus Rufinum; Philosophia est mortis contemplatio. Ea vero ut intelligatur sciendum est duplicem esse mortem; vnam, quae in abscessu animi à corpore consistit: alteram, quam mens in corpore adhuc manens, à malis cupiditatibus abducitur, ut vitiorum soluta vinculis caelestia, & diuina meditetur. Enim vero, ut est à Socrate in Phædone disputatum, nihil tam est homini veritatis lucem cernere cupienti inimicum, quam corporis contagio, & voluptatis illecebra, quae mentem cōcreta caligine offusam, falsis decipit imaginibus, nec à sensuum turba & colluuiione ad mundi spectaculum, & ad rerum naturam perlustrandam egredi sinit. Vnde Mercurius ille, cui multiplex rerum scientia Trismegisti nomen dedit, eum, qui ad Philosophiam aspirat, in Asclepio hortatur, ut corpus, quo ad fieri possit, quasi vestem deponat, exuatque hoc incitiae indumentum, interitus vinculum, viuam mortem, sentiens cadauer, ductile sepulchrum, domesticum furem; qui dum blanditur, odit; dum odit, mentem ad terrenam faciem deprimit, cænoque illigat ne intelligentiam caelitus hauriat. Quoniam igitur hanc à corpore secretionem, quasi mortem, appetere docet, eaque maximè gloriatur Philosophia; ab hoc tam præclaro munere, nunc mortis contemplatio; nunc solutio animi à corpore; aliàs mortis affectus, seu consuetudo moriendi dicitur. Plura in hanc sententiam Xenophon libro 4. de dictis Socratis, Proclus in libro de anima & dæmone, Alcinous in lib. de doctrina Platonis, Apuleius in lib. de Philosophia.

Alias præterea definitiones tradunt Philosophiae Lactantius lib. 4. cap. 2. Iustinus Philosophus & martyr in dialogo cum Tryphone, & alij. Sed ea nobis maximè probatur, quam D. Damascenus lib. 4. suae Dialecticæ, & Ammonius initio prædicabilium ex veteribus, potissimumque ex Aristotele 10. Metaph. cap. 3. referunt, videlicet, Philosophia est cognitio rerum, ut sunt. Verba illa, ut sunt, idem valent, atque per suas causas, si eas habuerint. Sicut enim res, quarum causae inuestigantur, per causas esse obtinent; ita percipi

tunc

De hac definitione. Clemens Alex. 4. Stromatū. Philo Iud. in lib. de mundi opif. Cic. 1. Tusc.

Re
diu
Aug
cap
lib
eino
de d
Plat
ini

Leg
in Gor
Thege

tunc dicuntur, vt sunt; cum per easdem cognoscuntur. Debere autē Philosophiam causas tenere inde constat; quia quemadmodum ex admiratione, id est, ex notitia effectuum, & ignorantia causarum, cæperunt homines philosophari, hoc est, causas inquirere, vt Plato in Theæteto, & 1. Metaph. cap. 2. Aristoteles docet; ita par est eum perfectè Philosophum, seu sapientem iudicare, qui causarum cognitionem sit assecutus. Accipitur tamen interdum Philosophia pro adumbrata, & imperfecta rerum intelligentia, vt apud Platonem in Conuiuio, aliàs pro sola prima philosophia, vt apud Aristotelem. 4. Metaph. cap. 2. tex. 5. A nobis verò in progressu sub eâ notione, qua postremo definita est, quaque dicitur cognitio rerum, vt sunt, potissimum considerabitur.

DE DVPLICI PHILOSOPHIÆ DISTRIBUTIONE.

Variæ traditæ sunt apud antiquos Philosophiæ diuisiones, ex quibus duas, quæ celebriores habentur, quæq; ad præsens institutum magis faciunt, pertractabimus. Prima est, qua Philosophia distribuitur in Naturalem, Moralem, & Dialecticam. Cõprehendit autē hoc loco Naturalis (fuso videlicet naturæ significatione, vnde nomen habet) nō solū Physiologiã, sed etiã Metaphysicã, & Mathematicas disciplinas. Porro huiusmodi sectio, de cuius auctore inter scriptores non satis conuenit, cõmendata fuit à Platone, vt testatur Alcinoüs in lib. de eius doctrina cap. 3. & Eusebius Cæsariensis initio lib. 11. de præparatione Euangelica; eandemq; secutus est Aristoteles. 1. Top. c. 12. Chrysippus, Eudromus, Xenocrates, & alij, quorum meminit Laertius in vita Zenonis post Plutarchum 1. de placitis cap. 1.

Quod verò hæc partiendæ Philosophiæ ratio apta sit, & perfectæ; hunc in modum ostendi potest. Philosophia ad humanam felicitatem dirigitur. (Vt enim D. Augustinus lib. 19 de Ciuit. dei cap. 1. ex Platone asserit, Philosophiã causa nulla est homini, nisi vt beatus sit) humana autē felicitas, teste Aristotele cap. 7. & 8. primi lib. Eth. ad Nicomachum, partim in actione virtuti consentanea; partim in contemplatione veritatis sita est. Oportet ergo aliquam dari scientiam, quæ honesti rationem contineat, & ad virtutem, morūq; probitatem erudiat; hæc verò, Moralis est Philosophia; item aliam, quæ abdita naturæ mysteria scrutetur, & in solius veritatis cognoscendæ studium incumbat; atq; hæc, Physica dicitur. Deinde huiusmodi scientiarum adeptio, & vsus differendo constant, qua in re sæpe mens errore decepta hallucinatur. Statuenda est igitur tertia quædam ars, quæ lucem præferat, solerterq; provideat ne veritatis locū falsitas obtineat; hæc autem Dialectica nuncupatur. Tot igitur nu-

Cognoscuntur

Top. c. 12. Aristoteles

Auctores

1. philosophiæ partitio.

A quibus celebrata.

Qua ratione cõprobatur.

Solusq; 5.

definiens
Stro-
Philo-
lib. de
opif.
Tusc.Refert hanc
diuisionē D.
Aug. 8. de ciu.
cap. 4. Lactat.
lib. 3 c. 13. Al-
cinoüs in lib.
de doctrina.
Plat. Isidorus
in. de dial.Lege Plat.
in Gorgia, &
Theæteto.

mero sunt Philosophiæ partes.

Cōfirmatur.

Idē cōfirmat D. Tho. initio Eth. ad Nicom. hac fermè ratione. Præcipua cura sapientis circa ordinem versatur; siquidem, vt ex cap. 2. libri primi Metaph. constat, ad sapientem maximè pertinet ordinare; ordo autem rerum, quæ in Philosophiæ considerationem veniunt, triplex est. Primus, quæ ratio non efficit, sed inspicit tantum, atque expendit, cuiusmodi est rerum Physicarum ordo. Secundus, quem ratio sibimet ipsa exhibet, cum notiones suas, & effata inter se ordinatim disponit. Tertius, quem ratio volûtati præscribit, vt illa probè instituta rectum, atq; honestum prosequatur. Primus Naturalem, Secundus Rationalem, tertius Moralem scientiam requirit. Non igitur aut pluribus eget, aut paucioribus partibus cõtenta esse potest Philosophia.

Triplex ordo rerum.

Illustratur similitudine.

Eiusdem tripartitæ varietatis rationem similitudine quadam D. Augustinus explicat, partim lib. 8. de Ciuit. Dei. cap. 4. partim lib. 11. cap. 25. ad hunc ferè modũ. Quemadmodũ tria sunt, quæ in quolibet artifice, vt aliquid efficiat, spectantur; Natura, doctrina, vsus; quorum primum ingenio; secundum scientia; tertium fructu iudicatur: sic triplex à Philosophis inueniri debuit disciplina. Naturalis, propter naturam; Rationalis, propter doctrinam; Moralis, propter vsus. Et quoniã homo ita procreatus à Deo est, vt per id, quod in ipso præcellit, attingat ad id, quod cunctis excellit: per huiusmodi tripartitam scientiam attingit ad vnum, verum, optimum Deum, sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, nullus vsus expedit. Sunt itaque, ex D. Augustini sententiã, hæ tres partes Philosophiæ, tres veluti gradus, quibus perfectè sapiens, aspirante cælesti aura, summa petit, & ad Dei similitudinẽ propius euadit. Easdem quoq; appositè quis dixerit tria dona singularia, quibus humanæ mentes ad exemplum cælestis Hierarchiæ illuminantur, purgantur, perficiuntur. Enim verò Dialectica dum artificio differendi verã à falsis distinguit, animum affusa luce veritatis illustrat: Moralis Philosophia, dum mores componit, & vitiorum fibras euellit, purgat: Naturalis dum altiori abditarum rerum intelligentia, mentem exornat, perficit. Alias ad hanc rem adumbrandam similitudines, ac rationes habes apud Philonem Iudæum in libro de Agricultura, & Laertium in Zenone Cittico. Vide etiam Plotinum libro 3. Enneadis. 1. de triplici ascensu ad mundum intelligibilem.

2. partitio.

Posterior Philosophiæ distributio est, qua Philosophia, nõ vniuersa, sed ea tantum, quæ in contemplatione posita est, diuiditur; videlicet in Metaphysicam, Physiologiam, & Mathematicas disciplinas. Quia verò hæc partitio multas continet difficultates, quarũ erit utilis & iucunda explicatio, de illa articulatim, & vberiori filo differamus.

QVAE

NUM CONTEMPLATRIX PHILO-

sophia in Metaphysicam, Physiologiam, &
Mathematicam re&e diuidatur.

ARTICVLVS I.

Non videri re&e diuidi.



Vod tripartita illa contēplantis Philosophiæ distributio
haud probè tradita sit, hunc in modum videtur ostendi
posse. Primum. Aristoteles. c. 2. lib. 4. Metaphy. affir-
mat tot esse partes Philosophiæ, quot substantiarū genera:
cū igitur Mathematica non substantiam, sed quantitatem consi-
deret, constat non numerari eam ab Aristotele in partibus Philoso-
phiæ. Deindè Plato in Amatoribus, vbi veri legitimiq; philosophi
adūbrat imaginē, cū tantū Philosophi nomine dignū censet, qui in
quæstionibus de cōmunis vitæ, & morū disciplina, pertractandis ex-
cellat; solā ergo Moralē doctrinā, verā esse Philosophiā arbitratur.

Secundò. Quemadmodum in quantitate, eiusque affectionibus
cognoscendis Mathematica versatur; ita aliquam dari scientiā oportet,
quæ relationē, qualitatem, cæterāq; accidentia scrutetur: cū
hæc non minus sint intellectu difficilia, nec minus ob naturarū dis-
similitudinem, peculiarem explicationem deposcant. Sunt igitur
multò plures philosophiæ partes.

Tertiò. Essentia entis mobilis sicuti motū, cæterasq; proprieta-
tes, quæ ipsam consequuntur, origine antecedit; ita absq; ijs cogno-
sci potest: atqui eo modo spectata non pertinet ad Mathematicum,
qui in sola quantitate occupatur; neque ad primum Philosophum,
qui abstrahit considerationem à materia; sed neq; ad Physicum; cū
is non speculetur naturam sine motu. Quærenda est ergo alia scien-
tia, quæ essentiam entis mobilis ita sumptam consideret.

Quartò. E cōtrariò. Sufficit vna sciētia ad ens in cōmune, omnesq;
eius partes contēplandas. Igitur superuacanea est scientiarū multi-
tudo. Antecedēs suadetur bifariam. Primum, quia sicut omnia, quæ
diuinæ reuelationis lumine cognoscimus, ad vnā Transnaturalē sci-
entiā, nempe Theologiā, spectant; ita vniuersa, quæ natiui luminis
instinctu à nobis sciuntur, ad vnā, eandemq; naturalem scientiam
reduci possunt; cū vtrobiq; sit par ratio. Secundò, quia cū omnia,
analogā vnitatem, in ente vnum sint; nihil impedit quominus vnus
scientiæ modum cūcta fortiantur. Quod si quispiam occurrat, ad
fundandam arguendamve vnus scientiæ rationem, non sat esse ana-
logam vnitatem, propterea quòd scientiarum vnitatem ab vnitatem
abstractionum petenda sit, quæ abstractiones, minimum, tres nu-
meran-

1. arg. ex Arist

& Platone.

2

3

4

6 PROOEMII IN LIBROS

merantur; contra id argumentis infrà positis iam sic obijcitur.

Tres philoso-
phicæ abstra-
ctiones.

Metaphyfi-
cus confide-
rat summa ge-
nera.

Quintò. Tres illæ principes Philosophiæ partes, Mathematica, Physica, & prima Philosophia, vel duæ earum interdù, confiderant vnâ, eandēq; rem. Non ergo respiciunt diuersas illas abstractiones à materia, penes quas distinguantur tanquam scientiæ diuersæ; cum res eadem triplicem illam varietatem abstractionum nequaquam sortiri posse videatur. Antecedens ostenditur. Namque Mathematicus confiderat quantitatem, vt notum est; eandem verò cōtemplari debet Metaphysicus; cum summa genera, quæ primaria sectione ens diuidunt, contempletur: eandem & Physicus, siquidē est vna è præcipuis entis mobilis affectionibus. Præterea Physicus differit de motu, deq; omni substantia, quæ ortum, & occasum subit; de eisdē verò agit primus philosophus, vt videre est apud Aristotelem. lib. 7. 8. & 12. Metaphys. Denique primus philosophus confiderat mentes à materiæ societate abiunctas, de quibus etiā Naturalis disceptat, vt patet in 8. huius operis libro. Perspicuum ergo manet res easdem in diuersis contemplantis Philosophiæ partibus considerari, atque ad eò sub eadem abstractione.

7. Metaph. e.
2. 6. 7. 8. 12. 17.
8. Metaph. d
cap. 1.
12. Metaph.
cap. 2.

Sextò. Pluribus modis contingit abstractio à materia, quam tribus: ergo si per eius modi abstractionem scientiæ distinguuntur; plura erunt Philosophiæ membra, quàm tria. Probatur antecedens. Enimvero communia rerum omnium attributa, quæ vocant transcendentia, itemq; summa genera, partim re ipsa in materia sunt, partim extra illam; quæ abstractio à tribus vulgatis differt, vt consideranti patet. Deinde intelligentiæ, & si materia Physica prorsus vacent; cum tamen possint in se noua accidentia recipere, haud dubiè participant adhuc potestate, seu, vt vocant, potentialitate, quæ genus quoddam est materiæ improprie sumptæ; vnde libro de causis propositione. 9. dicuntur intelligentiæ habere suam ὁ ἄλλῃ: At Deus, Optimus, Max. vt qui sit actus omnino purus, ab omni prorsus materiæ ratione seiunctus est: Aliam igitur vendicat abstractionem ab ea, quæ intelligentiis cōuenit, omnino diuersam. Quare alia de transcendentibus, summisq; generibus, alia de Deo, alia de cæteris mentibus statuenda erit scientia, neque hæc omnia in vnâ includi Metaphysicam poterunt; nisi ea, sub vno nomine, multiplici triū scientiarum varietate distinguatur.

materia
Materia pro-
portione qua
dam, etiam re-
bus immate-
rialibus inest.

ARTICVLVS II.

REFERVNTVR DIVERSÆ AV-
torum sententiæ, & quænam earum
vera sit, stauitur.

1. opinio.

IN hac quæstione nulla ferè apud veteres Peripateticos dissensio fuit. Sed enim quorundã recentiu Philosophorum opinionibus agitata res est, & in cōtrarias partes distracta. Sunt enim qui con-
tendant

De his est, Mi-
radulano lib.
13. de singul.
cert. sect. 6. &
7. & initio.
lib. 14.

tendant vnam dūtaxat esse scientiam, quæ totam entis regionē per-
 uagetur, omnesque eius partes speciatim, ac distinctè consideret; à
 Philosophis tamē in tria illa vulgata membra dispartitam fuisse pro-
 pter addiscentium commoditatem; quia tam multa, tamq; varia re-
 rum genera in vnum complicata simul addisci non poterant. Et his
 quidē suffragatur quartū superioris articuli argumētū. Verū hæc sē-
 tentia & quia noua, & quia perexiguam probabilitatis speciem præ-
 se fert, non placet. Est vero noua; quia nulli vnquam Philosopho-
 rum in mētem venit scientias omnes ad vnam reuocare. Qui vbiq̄-
 que de scientiarum varietate differunt; de illis, vt de rebus natura,
 specieque distinctis loquuntur. Id quod tum apud cæteros videre
 est, tum maximè apud Platonem in dialogo de regno, in Philebo,
 in Sophista, & 10. de Repub. Itemque apud Aristotelem 1. Poste-
 rioris Analyticæ cap. 19. & 23. lib. 8. Top. c. 2. Primo de anima c. 1.
 & lib. 3. cap. 8. ac saepe alibi. Est etiā huiusmodi placitum per se mi-
 nus probabile, vt pote quod Philosophiæ splendorem non medio-
 criter obscurat, dum eam in vnus confusi corporis concretionem,
 quasi in *ὁμοιομερῆ* Anaxagoræ conijcit, atq; illigat. Deinde quæ-
 fieri potest vt tam ampla rerum sylua, & tanta dissidentium natu-
 rarum varietas in vnus scientiæ comprehensionem veniat? Sane qui-
 dem pari ratione dixerit quispiam virtutum omnium materiam, si-
 ue obiecta, ad vnam tantū virtutem pertinere. Quo quid in Mora-
 li doctrina absurdus? Præterea quod scientiarum distinctio non à
 sola commoditate, sed ab ipsa natura ortasit, ex eo ostendi potest,
 quia vt Aristoteles. 1. Post. cap. 23. & Plato in dialogo de furore
 Poetico, cæterique Philosophi passim docent, scientiæ per res sibi
 subiectas & attributas, quæ attributionis subiecta vocant, inter se
 distinguuntur; ad eum modum, quo potētia per obiecta. Cum igitur,
 vt est etiam communis Philosophantium vox, potētia. v. g. alendi,
sentiendi, intelligendi, essentiali inter se differant discrimine,
 huad dubiè eodem inter se mutuo scientiæ dissidebunt. Deniq; in-
 trinsecam esse, & naturalem hanc scientiarum distinctionem palam
 testantur & principiorum, quibus singulæ vtuntur, dissimilitudo;
 & modi contemplantis, attingendiq; obiecta prorsus diuersi.

Altera est opinio quorundā aientiu præter illas tres Philosophiæ
 partes, dandas esse plures alias, ita vt Metaphysica tres, minimū, sci-
 entias genere diuersas suo nomine, & amplexu coerceat; vnā, quæ
 deū contēpletur; alteram, quæ de intelligentijs agat; tertiam, quæ
 de transcendentibus, & generibus summis differat. His fauet sextū
 proximi articuli argumentum. Sed neq; verè, neq; Aristotelicè lo-
 quuntur, vt in disputationis huius progressu planum fiet.

Tertia igitur sententia à nobis amplectenda, est eorum, qui cen-
 sent nec vnam dūtaxat esse scientiam; nec plures Metaphysicas:
 sed vnam Metaphysicā, Physiologiam vnā, Mathematicas plures;
 atq; has omnes sic esse inter se, & natura dissimiles, & amplitudine
 diffusas,

anima.
Eius cōfuta-
tio.

obscurat Phi-
losophiæ splē-
dorem.

Tollit discre-
tam & conf-
picuam noti-
tiam rerū sub
scientias ca-
dentium.

separata.

2. opinio, que
etiā rejicitur.

3. opinio ve-
ritati cōsona.

Philosopho-
rū assensu cō-
probata.

diffusas, vt ex earum distinctione vniuersa Philosophia, quæ in cō-
templatione versatur, efflorescat. Hanc assertionē confirmat in pri-
mis authoritas Platonis apud Alcinoum in libro de doctr. Plat. cap.
6. tum complura Aristotelis testimonia, vt 6. Metaphy. cap. 1. tex.
2. & lib. 11. cap. 6. quæ sequitur D. Damascenus. 1. cap. suæ Phy-
siol. Boetius in lib. de Trinit. c. 2. Auicenna 1. Metaph. cap. 1. Al-
gazellus initio suæ Phil. Ptolemæus in Almagesto lib. 1. cap. 1. &
communis schola Peripateticorum.

Themistius,
& Philopo-
us hoc loc.
Eustratius ini-
tio Eth. D.
Thomas. 11.
Metaph. lect.
7. M. Albe. 1.
Metaph. c. 1.
Scotus 6. Me-
taph. q. 1.

ARTICVLVS III.

RECTE DISTINGVI INSPECTRI-
cis Philosophiæ partes pro varietate ab-
stractionum à materia, & à motu.

Que sit ratio
abstractionū
in scientijs.

VT autem veritas liquido appareat obseruandū est ex D. Tho-
ma. opusc. 70. quæst. 3. art. 1. alijsque in locis, rei, quæ sub
scientiæ speculationem venit, duo quasi attributa conuenire;
vnum merito intellectricis potentiæ, quam excolit, ac perficit; al-
terum ratione habitus scientiæ, quo attingitur. Ob priorem causam
competit ei immateriale quidpiam esse; quia intelligendi vis ex pers
est materiæ. Ob posteriorem, non potest non certitudinem, & im-
mobilitatem obtinere, quia scientia est de rebus necessarijs; omne
autem necessarium, firmum atque immobile esse oportet; siquidem
id, quod motum subit, quatale, & esse & non esse potest, vt lib. 9.
Metaph. cap. 9. tex. 17. Aristoteles ait. Ita vero necesse est vt om-
ne id, quod sub scientiæ contemplationem cadit, aliquā sibi à mate-
ria, & à motu abstractionem vendicet.

In quæst. de ve-
rit. q. 2. ar. 6.
ad 1. in Pro-
log. Metaph.
& lib. 6. lect.
1. & initio hu-
ius operis.

Artium contē-
plantium pu-
merus quo pa-
cto astruatur

His animaduersis iam hoc modo institutum probabitur. Tot sūt
scientiæ contemplatiuæ, quot abstractiones à materia & à motu: hæ
verò tres omnino sunt; ergo totidem erunt contēplatiuæ scientiæ.
Maior propositio suadetur, quia hæc abstractiones necessario com-
mitātur diuersi modi (scibilitates vocāt) sub quibus scientiæ res sub-
iectas per se attingunt, quique scientijs ipsis distinctionē pariunt.
Vnde Aristoteles libro. 6. Metaphysicæ, cap. 1. tex. 2. & lib. 12. c.
6. & primo de anima cap. 1. tex. 17. alijsq; in locis pro abstractionū
varietate, scientiarum numerum constituit; quod etiam fecisse Pla-
tonem constat ex ijs, quæ tradit Alcinous in libro de eius doctrina
cap. 7. Minor vero propositio ex eo ostēditur, quia datur vna ab-
tractio à materia sensibili singulari tantum: altera à materia sensibili
etiam communi, non re, sed ratione: tertia ab omni materia & re, &
ratione simul. Quarum prima ad Philosophum Naturalē pertinet,
secunda ad Mathematicum, postrema ad Metaphysicum. Enimve-
ro Philosophus Naturalis considerat, v. g. hominem vt ex animo
constat,

Que abstra-
ctiones, qui-
bus scientijs ac
comodētur.

constat, & corpore affecto qualitatibus sub sensum cadētibus, quod materia sensibilis dicitur; nec tamen materiam singularem scrutatur, cum singularia non per se spectent ad scientiam. Mathematicus affectiones triangulorum, aliāq; id genus contemplatur, quæ licet re ipsa in materia sensibili hæreant; non ea tamen quatenus in eiusmodi materia sunt, expendit. Metaphysicus in cognitione primæ causæ, & intelligentiarum, atque aliarum rerum, quæ neque in materia consistunt, neque illam in suo conceptu includunt, versatur. Porro quod de abstractione à materia diximus, similiter de separatione à motu intelligi debet. Liqueat igitur tres esse abstractiones, atque adeò totidem inspectricis Philosophiæ partes; neq; alias præterea inuehere opus esse; cum omnia, quæ in scientiæ cōtemplationem veniunt; sub aliqua è tribus prædictis notionibus ab intellectu percipiantur. Atque hæc ratio à D. Thoma. loco cit. breuiter perstringitur. Porro autem in prædictis abstractionibus licet interdum quod re ipsa mobile est, aut materiæ coniunctū, non vt mobile, neq; vt materiale expendatur; non proinde tamen falsitas interuenit: siquidem neque rei, quod non habet ascribitur, neque quod habet denegatur; sed eam cogitatio dūtaxat auocat, atque abstrahit ab eo, cui re ipsa coniungitur: in abstrahendo autē, vt 2. huius operis lib. c. 2. tex. 18. & 7. Metaph. cap. 11. tex. 3. Aristoteles docet, nec mendacium inest, nec error; quātūlibet vis abstrahens, vnita diuisim, materialia sine materia, mobile sine motu consideret.

ARTICVLVS III.

QVOD IN MATHEMATICIS DISCIPLINIS non vna tantū sit abstractio à materia.

Sed nos cum triplicem à materia abstractionem inculcamus, triplicem intelligimus, partim specie, partim genere. Namque tæctsi Physiologia, abstractionē specie vnā; vnā item specie Metaphysica habeat, Mathematica tamen vnā genere, specie duplicem vendicant. Quod vt planum fiat haud ignorandum est bipartitā esse materiā; sensibile nimirū, & intelligibilem. Materia sensibilis est materia prima induta accidentibus, quæ sensū mouent. Intelligibilis verò quæ nā dicatur controuersū est. D. Tho. 1. p. q. 85. art. 1. credit esse eādē materiā primā spectatā prout soli quantitati. subest. Cū D. Tho. sentit Ferr. lib. 2. hui⁹ ope. q. 2. Socin. 6. Meta. q. 11. Alijs hæc opinio nō probatur. Nam cū Geometra cōmuni Philosophorū voce dicatur non abstrahere cognitionē à materia intelligibili; si materia intelligibilis, esset materia prima; iā consideratio Mathematica substantiā attingeret, quod negat Aristo. 12. Metaphy. c. 8. tex. 44. ōnesq; Græci interpretes partim 2. huius operis à tex. 18. partī 1. de anima tex. 17. potestq; id ex eo ostēdi, quia Mathematici siue definiāt, siue demonstrēt, nullā materiæ, aut alterius substantiæ

B men-

abstrahere

poro inuenerunt de

sestrata bene m.

ad.

Materia laxi
ori significa-
tu quo pacto
diuidatur.

Legit D. Tho. 1. p. q. 85. art. 1. ad. 1.

mentionem faciunt. Et quidem meritò, cum Mathematicæ affectio-
nes, eiusmodi mentione haudquaquã indigeant, vtpote, quæ quã-
titati per se sumptæ, absque vltio ordine ad substantiam, conueni-
unt, vt esse æquale, vel inæquale, esse diuisibile, habere proportio-
nem, aliãque eiusmodi. Afferunt igitur hi auctores intelligibilẽ ma-
teriam esse magnitudinem, hoc est lineam, superficiem, corpus; di-
cique materiam, propter similitudinem, siue analogiam, quam cum
materia prima habet: vt enim hæc, substantiales formas; sic illa, ac-
cidentarias suo modo recipit; intelligibilẽ verò appellari, quia pro-
ut ad Mathematicũ spectat, non sensu, sed intellectu percipi potest.
Hæc posterior sententia verisimilior videtur, quam secutus est Ale-
xander Aphrodisiensis 7. Metaph. c. 10. ad tex. 55. imo & D. Tho.
1. Post. cap. 23. alijque nonnulli.

Opinio Ale-
xandri.

Mathemati-
ca abstractio
duplex.

Cur Mathe-
maticæ plu-
res, vna vero
Physica, &
vna item Me-
taph.

Quibus ita explicatis statuimus Mathematicam abstractionem
non specie vnã, sed duplicem esse. Namque res Mathematicæ vel
cogitatione abiunguntur à materia sensibili tantum; vel simul etiam
ab intelligibili. Si priori modo, ad Geometram pertinent; si poste-
riori, ad Arithmeticum. Geometra enim, teste Aristotele 2. lib. hu-
ius oper. cap. 2. tex. 20. & 1. Rhet. ad Theodectem cap. 2. contem-
platur affectiones magnitudinis; Arithmeticus autem circa numeri
proprietas occupatur. Ex quo planum euadit cur Mathematicæ
plures sint, Physiologia verò vna, itemque vna Metaphysica; vide-
licet quia harum quælibet vnã dütaxat; illæ duplicem vendicant
abstractionẽ. Ac nos hætenus de ijs tãtũ Mathematicis egimus, quæ
synceræ, puræq; Mathematicæ dicuntur. Sunt verò præter has aliæ,
quæ mixtæ nuncupantur, propterea quod inter Physiologiam, &
purè Mathematicas mediæ sint, eorumq; obiecta partim ad Natura-
lem Philosophum, partim ad Arithmeticum, vel Geometram spe-
ctent; vt Musica & Perspectiua. Numerus enim Sonorus, circa quẽ
Musica versatur, ex parte quidem numeri, Arithmeticum quidpiam
est; ex parte Sonori, Physicum. Qua de re Aristoteles lib. 2. huius
operis cap. 2. ibidẽque eius interpretes, ad tex. 18. & 19. & lib. 3.
ad tex. 71. De tota etiam distributione Mathematicarum artiũ agit
Proclus in 1. Euclidis, Alcinous in libro de doctrina Platonis cap. 6.
Hugo Victorius 2. Didasc. à cap. 7.

Lege Vico-
mercatum c.
2. lib. 2. huius
operis Theo-
phila Zima-
rã 1. de ani-
ma ad tex. 17.
Antoniu Zi-
marã propos
8. in theore-
matis.

Lege etiã Sca-
ligerũ in ex-
ercitationi-
bus. Exor.
exerc. 321. &
322.

ARTICVLVS V.

ALIQVOT DVBITATIONVM

enodatio, quæ superius dictis maiorẽ lucẽ affert.

VT ea, quæ de abstractionũ varietate, & distinctiõne disseruim⁹,
apertiora fiãt, dubia quẽdã explicãda à nobis sũt, quæ multis,
recẽtiũ præserti Philosophorũ, in nostra sètẽtia iexplicabilia
viden-

videntur. In primis enim intelligere se negat quo pacto Metaphysicus & re & ratione considerationem auocet à materia, cum non solum ea tractet, quæ omnino extra materiam consistunt; sed etiam transcendentia, summæque genera, quorum nonnulla partim insunt; partim non insunt in materia, vt substantia, & qualitas; alia penitus in materiam sunt immersa, vt situs & habitus: imo cum ipsam quoque materiam primam contēpletur, vt ex lib. 7. Metaph. cap. 3. constat.

Hanc difficultatē vt expediamus compertum esse debet inter ea prædicata, quæ ad primæ Philosophiæ subiectum directò, ac per se spectant, quædam esse purè Metaphysica, idest, quorum nulla pars subiecta ab alio artifice per se tractatur, vt intelligentias: alia nõ purè Metaphysica, qualia sunt, quæ in aliquibus inferioribus materia implicatur, in quibusdã nõ, vt substantia, bonũ; vnũ, aliãq; id genus. Porro autē vniuersa hæc in Primæ Philosophiæ tribunali re ipsa abiuncta à materia censentur, non eodē tamen modo; sed priora, quia nullã prorsus habēt cū materia cōiunctionē; posteriora quia & illã in suo conceptu nõ includunt, & secundum se spectata, indifferentiã habent, vt re ipsa extra eã reperiantur. Quam abstractionē. D. Tho. 6. Metaph. c. 1. alijq; non nulli, ex Auicenna 1. suæ Metaph. c. 2. vocant abstractionem secundum indifferentiã. Quærent tamen aduersæ opinionis assertores, quid tandē causæ sit, cur ea, quæ partim insunt, partim nõ insunt in materia, ab illa potius abstracta, quàm cū ea cōiuncta censeantur; cū nulla videatur idonea ratio afferri posse cur illud potius, quàm hoc dicatur. Quibus responsum volumus id nõ sinè optima ratione à nobis dici. Namq; idem valet prædicto modo esse aliquid abstractum à materia, atq; esse ad illam indifferens, seu non eam sibi ex se vendicare, vt loco cit D. Tho. explicat. Quare vti verè affirmamus animal secundum se indifferens esse ad gradum rationalis, & si re ipsa partim cum eo iunctũ sit, quatenus in homine continetur; partim ab illo separatum, prout in bellua includitur: ita probè asserimus substantiam, abstractam, separatamve esse à materia, hoc est indeterminatã, atq; indifferentē ad illã; licet quadã ex parte materia vacet, prout videlicet in intelligentijs cōtinetur; ex altera in eã sit immersa, quatenus in substantijs corpore præditis inuenitur.

Quod verò ad alia summa genera attinet, quæ neque simpliciter, neq; secundum indifferentiã à materia separata sunt; ea non absolute, sed quoad diuisiuam cognitionē dūtaxat, ad Metaphysicũ spectat, quatenus ad eũ pertinet ens in suas partes generatim distribuere. Quo fit vt, quia in ea partitione eiusmodi quoq; genera occurrunt, de illis itidē cognoscat, quatenus ea ad entis amplitudinē percipiendã requirit, quæ cognitio imperfecta est, & quasi perfunctoria. Eodem pacto considerat etiam Primus Philosophus materiã, quia in eam incidit, dū ens in actũ, & potentiã, cuius præcipuũ significatũ materia est, dispertitur. Itaq; ea, quæ nulla ex parte extra materiã coheret, nõ

aparte
Prædicata Metaphysica quædam, partim sit à materia absoluta, partim materiæ coniugata.

Quærent.

Responsum.

Materia quo pacto à Metaphysico consideretur.

nisi obiter & quasi ex accidente tractat Metaphysicus, nisi forte prout ei, ut communi omnium artificum praesidi ex officio incumbit scientiarum Rempub. constituere, ac tueri, & unicuique disciplinae propriam, ac peculiarē materiā, in qua insinat, designare. Hac enim ratione pro suo iure, & dignitate extra metas proprii obiecti formalis liberē excurrit, ut alibi explicatius dicitur. Ex dictis perspicua relinquitur propositae difficultatis solutio, quae si praeculis habeatur, ad complura dubia, quae hac in re passim occurrunt, diluenda vsui erit.

Dubitatio circa abstractiones Mathematicas.

Explicatio dub.

Alia quoque dubitatio circa Mathematicae abstractiones existit, quae non est a nobis silentio inuoluenda; videlicet qui fieri possit ut Arithmeticus, & Geometra non adhibeant in contemplatione materiam primam; cum quantitas, teste Aristotele. 6. libro Metaph. cap. 1. tex. 1. alijsque in locis, pendeat quoad suum esse a substantia corporea, atque adeo sine materia intelligi non possit. Sed occurrendum, non posse quidem quantitatem secundum suam essentiam, cognitione omnibus numeris perfecta, absque explicito conceptu naturae corporeae intelligi: Verum ad Arithmeticae, & Geometricae disciplinam non pertinere eiusmodi quantitatis cognitionem. Non enim illae numerorum, & magnitudinum affectiones eo usque persequuntur, ut eorum naturam enucleate explorent, atque adeo ut essentialē ipsorum habitudinem ad materiam scrutentur. Id quod praeter alios aduertunt Philoponus, Themistius, Simplicius, & Auerroes tū in 1. de anima ad tex. 35. tū alijs in locis; itēque Alensis in prooemio Metaphysicae, si eius est illud opus.

Quo pacto Metaphysica materiam consideret, disquirat Auerroes in digress. ad tex. 9. lib. 7. Metaph. Aegidius in prooem. huius operis. Scin. 4. Metaph. q. 15. Iiandunus 12. Metaph. q. 1.

Lege de hac re differentē M. Albertum 5. Metaphys. tract. 3. c. 2 Antonium Andr. 6. Metaph. q. 3. Theophilum Zimara 2. m. 1. de anima ad tex. 17. Antonium Zimara Theor. 7.

ARTICVLVS VI.

DILVUNTUR ARGVMENTA initio quaestionis proposita.

Nunc tandem argumenta, quae initio quaestionis adduximus, dissoluenda sunt. Ad primum dicendum, Aristotelem paulo prescius eo loco Philosophiae nomē vsurpasse, nimirum pro ea tantum scientia, quae de rebus per se subsistentibus disputat. Platonem verò in Amatoribus vel augendae rei gratia per hyperbolem locutū; vel non ex suo sensu, sed Socratis, quem in eo dialogo loquentem facit. Constat autem Socratem vniuersam Philosophiam ad bene viuendi institutum, moresque formandos inflexisse. Quod certè non illius tantum, sed aliorum quoque fuit de Morali Philosophia iudicium. Stoici namque eam duntaxat Philosophiae titulo ornabant. Unde & sapientiam, bonorum, ac malorum scientiam, vitaeque degendae artem definiebant. Qua de re lege, si placet, Epictetum in Enchirid. c. 67. & Plutarchum in opusculo an seni gerenda sit Respub.

Socrates vniuersam philosophiam ad mores inflexit.

Ad

Prandea, & Majoral.

Le
intima

Ad 2. Respondemus qualitatem, relationem, cæteraque accidētia non nisi sub aliqua è tribus illis abstractionibus a Philosopho cōsiderari, ideòq; ad aliquam trium scientiarum necessariò pertinere. Exempli gratia colores, quia non nisi cum ordine ad sensibilem materiam spectantur, ad Physicum pertinent; trianguli, quia a materia sensibili, non verò intelligibili abstrahuntur, ad Geometram; scientiæ, quia sunt liberæ a materia, ad Metaphysicum. Quod pari etiã modo de relationibus dicendum est. Nam verbi cau. inæqualitas inter duas angelorum species, negotij est Metaphysici; proportio inter duos numeros, Arithmetici; relatio calefacientis, ad rem, quæ calefit, Physici. Atque ita inspectis ijs, quæ superius differuimus, nõ erit difficile ea, quæ in singulis categorijs continentur, vnicuiq; scientiæ adiudicare. Siquis tamẽ argumento non dum satisfactum putet, contendatque præter quãtitatem alia quoque esse materialia accidentia, quorum, non secus ac quantitatis, cognitionem Philosophus a materia sensibili auocare queat, atque adeò posse deberẽque circa illa nouam scientiam à Physiologia, & Mathematicis distinctã versari: is intelligat, esto eiusmodi accidentia eo pacto considerari posse admittamus; eam tamẽ considerationem non tantũ esse, vt vna aliqua scientia cum dignitate occupari in ea debeat. Secus verò in quantitate res habet, quæ ob reconditam fecunditatem multiplicium affectionum, quas sibi, prout a materia sensibili abstrahitur, vindicauit, non vnam tantũ, sed plures peperit disciplinas.

Ad 3. Negandum est essentiam entis mobilis in se spectatam, & vt suas omnes proprietates origine antecedit, nõ pertinere ad Physicum. Nec enim is propterea dicitur nõ speculari naturam sine motu, quod ipsam entis mobilis essentiam in se sumptam non etiam cõtempletur; sed quia motum, quã motus est, a sua consideratione nõ excludit, vt reliquæ scientiæ; quin potius in eo inuestigãdo, & explicando magnam studij sui partem collocat.

Ad 4. Negari debet antecedens propositio, & ad priorẽ eius cõfirmationem dicendum, ideò cognita diuinæ reuelationis, fideique lumine, ad vnicam transnaturalem scientiam pertinere; cognita verò lumine naturali humanę rationis, ad vnicam scientiam naturalẽ spectare nõ posse; quia naturale lumen intellectus nihil aliud est quàm ipsa facultas, visq; intelligendi, quæ ad actus scientiæ efficienter tantum influit, nec magis ad hoc, quàm ad illud intelligibile, ad vnam quàm ad aliã intellectiõnẽ ex se determinatur. Quo fit, vt ab eo scientiarum vnitatem ritè arguere nequeamus: at diuinæ reuelationis lumen haud ita se habet. In primis enim nõ est ipsa potẽtia, sed cælesti dono potentia infunditur, eamque ad certos actus inclinat. Deinde non efficienter solum, sed obiectiuè etiam, atque adeò formaliter, ad assentiendum concurrat, quatenus formalis ratio obiecti Theologiæ, quod dicitur reuelabile, ab eo lumine desumitur, vt ab illo quod est ratio attingendi ea, quibus assentimur. Quia verò sci-

cõtemplatio relationum quorũ sit artificũ.

verior eiusdem arg. explicatio.

Ens mobile in se spectatũ Physiçæ cõsiderationis est.

Cur à nativõ lumine intellectus nõ petatur scientiarum distinctio.

entia-

entiarum vnitas, & distinctio à ratione formali obiecti peti debet; ea verò ratio formalis in ijs omnibus, quæ hoc vitæ statu diuinæ reuelationis luce sciuntur, vna est, sicuti & vnum lumen à quo ducitur; fit vt vnâ tantum supernaturalem scientiam habeamus; Naturales verò plures. Ita liquet priori ratione, qua antecessus propositio confirmabatur, nihil cõcludi. Posteriori verò rectè occursum est.

Cõsule Capr. in *plogo* ien ten. q. 3. ad finem Caiet. 1. p. q. 1. ar. 2.

Qui artifices, qua varietate, quantitatè expendant.

Ad 5. Negandum est prius pronunciatum, & ad eius confirmationem dicendum Mathematicam, Physiologiam, & Metaphysicam considerare quantitatem, vnâquâq; pro rata parte sui iuris, hoc est sub propria abstractione. Videlicet Mathematicam quoad nō nullas affectiones, quæ quantitati absolutè & vt quantitas est, conueniunt; cuiusmodi sunt æquale & inæquale, exuperantia & defectus, commensuratio & proportio, atque aliæ, quæ lib. 4. Metaphysicæ cap. 2. tex. 5. ab Aristotele numerantur. Physiologiam, prout est entis mobilis proprietas, & omnium sensibilibus accidentium fundamentum. Metaphysicam, quia primus Philosophus, saltem dum ens per decem genera partitur, in quantitatem incurrat necesse est. Ad reliquam partem eiusdem argumenti pari ratione admitti debet Metaphysicum agere de substantia, quæ ortui, & interitui subiacet, itémque de motu, non quasi harum rerum naturas, vt propriam ac peculiarem sibi materiam contempletur, sed vel prout ad diuisiuam cognitionem substantiæ, actusve in commune pertinent; vel (quod etiam de quantitate dici poterit) secundum conceptus quosdam generales: vel denique quia ita fert communis cura, qua Prima Philosophia cæteris artibus præsidet, vti superius monuimus. Admittendum quoque est Physicum non nihil de substantijs materialibus attingere; non quasi earum naturam in se spectatam scrutetur, sed vt earum circa cælestium corporum motus efficientiam declaret, probetque non dari progressum infinitum in ijs, quæ ita mouent, vt etiam moueantur. Itaque licet ea, quæ in argumento adducuntur, non in vnâ tantum Philosophiæ partem cadant; haud propterea existimandum est id sub eadem abstractione, contingere, aut confundi, per misceriue in scientijs abstractiones à materia; vt ea, quæ diximus, attendenti manifestum erit.

Bandanus 6. Metaphy. q. 3.

Substantias à materiæ societate abiunctas quatenus Physiologia consideret.

Ad 6. quid respondendum sit quod ad summa genera, & transcendentia spectat, satis iam constat. Quod tamen de Deo, & intelligentijs obijcitur difficiliorem habet explicatum. Sed hunc in modum enodari potest. Cum abstractio à materia distinctionem scientijs præstare dicitur, materiæ nomen non tam amplè sumi debet, vt ad omnia, quæ quoquo modo materiã sapiunt, se se fundat; sed ita vt materiam dūtaxat sensibilem, & intelligibilem comprehendat. Cuius rei causa est; quia, vti superius differuimus, ideò scientiæ per abstractiones à materia distinguuntur, quia non feruntur per se in sua obiecta, nisi prout illa à materia, aliqua ex parte, abiuncta sunt: ea verò propterea abiuncta esse debent à materia, vt cum intellectu, quem

D. Thom. 12. q. 66. ar. 5. ad 2. & lib. 3. Metaph. lect. 4.

Hac de re: Auic. 1. Met. c. 1. Aegid. 1. de gene. q. 14. la uel. 12. Metaphy. Sonc. 12. Met. q. 1. Zimara. Theoremate 53. Scalliger exercit. 6. n. 3. Auerroes. 12. Met. ad tex. 5.

perfi-

perficiunt, suo modo conueniant. At clarè patet ad istiusmodi conuenientiam conciliandam non oportere obiectum scientiæ à potentialitate, quæ aliquo modo materia dicitur, vindicari; cum intellectus ab ea neutiquam alienus sit, utpote, qui ex sua primæua ratione totus est in potentia, non secus ac tabula, in quam nullum adhuc artificis manus colorem induxit, nullam imaginē impressit. Sic verò perspicuum euadit etsi Deus ita à materia liber sit, ut etiam potentialitatem, quam Metaphysicam materiã vocant, ab se respuat; huiusce tamen maioris abstractionis gradum nõ fat esse, ut alia de Deo, alia de intelligentijs instituat Philosophia, cum eiusmodi abstractio non per se faciat ad scientiam.

Animus non
ster à prima
o igitabel
la non scri-
pta.

Ex dictis nemo colligat scientiam, quæ de Deo habetur, prout ad eius contemplationem Theologus ascendit, idest, sacram Theologiam non esse à prima Philosophia distinctam. Re enim verã distincta est, sicuti & ratio formalis, quam illius obiectum induit, & lumen, quo attingitur; quod lumen sicuti cælestis numinis afflatu nostris mentibus infunditur, ita abstractionem à rebus, circa quas versatur, minimè curat. Sed enim hæc diuina Philosophia quemadmodum antiquis Philosophis non dum affulserat, ita ab eis in scientiarum partitione omissa fuit.

Philosopho
tum potum
infinita m-
grit.

QVAESTIO. II.

SIT NE PHILOSOPHIA

Naturalis verè, ac propriè scientia; an non?

ARTICVLVS I.

QVID VETERVM NONNVLII IN

proposita quæstione senserint, & argu-

menta pro eorum opinione.



Etus opinio fuit Heracliti Ephesij, & Cratyli eius discipuli (ut Plato in Theæteto & 4. lib. Metaphy. cap. 4. testatur Aristoteles) Philosophiam Naturalem nõ esse scientiam; Idemque censuit Pythagoras, qui omnem subtilitatis Physicæ comprehensionem opinionibus contineri asseuerabat. Socrates etiam cum prius ad arcana naturæ inuestiganda animum appulisset, rerum naturalium, ut ille aiebat, mutabilitate, & inconstantia deterritus, ac quòd in ijs nihil certò sciri posse apud se statuisset, ad Moralem Philosophiam se conuertit. Iam verò nouæ Academiae professores non modò rerum Physicarum scientiam negabant; sed aiebant etiam res omnes incertas esse, & dubias, veritatemque ipsam, siue propter naturæ tenebras quasdam, siue propter similitudinem rerum, vel obrutam, vel confusam latitare, adeo ut nihil

se aplicasse

De Pythago.
Laertius in
eius vita. Ter-
tullianus in
lib. de anima

De Socra.
Theodoret.
in lib. de ma-
teria, & mun-
do, Xenoph.
lib. 1. de fa-
ctis & dict.
Socr.

nihil verum cognosci posset, sed id tantum, quod est verisimile. Atque huiusmodi placitum, ut D. Augustinus lib. 3. contra Academicos ait è Platonis fontibus Academici hauserunt, ipse verò Plato partim ab alijs antiquioribus accepit, partim à Socrate præceptore suo; qui primum in naturæ obscuritate, uti diximus, deinde in ijs etiam quæstionibus, quæ ad communem vitam, & mores pertinent, eos, qui se scire aliquid dicerent, acuta urbanitate irridebat. Docebat igitur Plato duos esse mundos, vnum intelligibilem, in quo ipsa veritas habitaret; alterum sensibilem, quem nos visu, tactuque percipimus, & in cuius contemplatione Physici versantur; illum verum, hunc verisimilem; de illo veritatem, de hoc opinionem generari. Quibus sanè verbis videtur Plato solam opinionem Naturali Philosopho concessisse.

Denique fuit hæc apud veteres peruagata de veritate querimonia, quòd ita humanæ mentis commercium effugisse videretur, ut eam mortales nullo modo inuenirent, & in ea quærenda operam perderent. Hinc Democritus, ut cap. 3. lib. 3. scribit Lactantius, ipsam in puteo, cui fundus non esset, demersam querebatur; Anaxagoras circumfusam caligine pronuntiabat; Empedocles angustas aiebat esse sensuum vias, quibus cognitio animum intrat. Sic demum nonnulli antiquitatis Philosophi suos non tam scire, quam nescire docebant auditores, eisque suadere nitebantur nihil certi, aut perspecti haberi posse, præsertim in inuestigatione Physicæ veritatis. Nec verò defunt argumenta, quibus hæc sententia probari videatur.

Primum sit. Scientia est habitus omninò certus, atque adeò de rebus certis, & perpetuis, ut docet Plato in Charmide, fateturque Aristoteles 1. Post. cap. 2. & 6. Eth. cap. 3. alijsque in locis: sed Philosophia Naturalis non ita se habet. Non est igitur scientia. Probat assumptio, quia Naturalis Philosophia considerat elementa, & ex ijs concreta corpora, quæ passim gignuntur & intereunt; contemplatur etiam cælestium spherarum motus, syderum tactus, solis, & lunæ eclipsem, atque alia generis eiusdem, quæ neque perpetua sunt, neque dum existunt, eundem semper statum retinent. Corroboratur etiam vis argumenti ex eo, quia noster intellectus in comparanda rerum scientia dicitur considerationem abstrahere à materiæ conditionibus, & à tempore; at ea, quæ oriuntur, & occidunt, sunt in materiam immerfa, & sub temporis mensuram cadunt, ab eoque dependent, ut in 4. huius operis Aristoteles docebit.

Secundum. Omnis vera perfectaque scientia rei sibi subiectæ naturam exploratam habet, alioqui neque proprietates, quæ ab illa dimanant, pernoscet, ut Aristoteles 6. Metaph. c. 1. tex. 1. asserit: sed rerum natura constantium, de quibus Naturalis Philosophus agit, solus Metaphysicus essentiam penetrat, ut idem ait tum loco cit. tum 4. eiusdem operis lib. cap. 2. tex. 5. Non est igitur Naturalis Philosophia vera perfectaque scientia. Dixit fortasse quispiam loqui ijs

De Academi-
eis Cice. in
Acad. quæst.
D. August. 19.
de ciuit. Dei.
c. 4. & in lib.
cōtra Acad.

De hisce mū-
dis Plotinus
lib. 4. Enn. 6.
Ficinus ibidē
& in conuiui-
um Plat. Eu-
gubinus 3. de
perenni phil.
c. 8. Clemens
Alex. lib. 5.
Sermon. Eu-
seb. Cæf. lib.
2. præp. Eu.
c. 12.

De his plus
satis Miran-
dula. lib. 2. de
Exam.

Mundi Pla-
tonici.

Puteo Demo-
criticus.

Philosopho-
rum quidam
inicitæ ma-
gistri.

Argumentum.

Argumentum.

Ita D. Tho. in locis Aristotelem vel de essentia in cōmune, qua essentia est, quæ
opuscu. 70. consideratio ad Metaphysicum pertinet; vel de essentia rerum ma-
Sco. in prol. terialium, non tota, sed quoad prædicata quædam tam rebus mate-
sen. q. 1. Sō. rialibus, quam materiæ expertibus communia; qualia sunt ens, &
ci. 4. Metaph. substantia absolutè spectata. Horum namque prædicatorum cog-
q. 11. Iauellus nitio Metaphysici est propria. Verùm hoc qui dixerit non adhuc ar-
in 1. ite Met. gumentum vim effugiet. Nam si substantiæ cōceptum sibi Metaphy-
q. 9. Iandun9 ficus vindicauit, cum nemo rei alicuius ad categoriã substantiæ per-
6. Metap. q. 3. tinentis essentiam sine conceptu substantiæ perfectè cognoscat, fit
vt nullius entis naturalis essentiã Physicus perfectè assequi valeat,
dum se intra suos limites continuerit.

Tertium. Philosophus Naturalis contemplatur materiam sensi-
bilem (vt Aristoteles asserit lib. 2. de ortu, & interitu cap. 1. tex. 6.
& ex toto disciplinæ Physicæ progressu constat) atqui materia sen-
sibilis est ens per accidens; cum nō sit aliud, quàm materia prima af-
fecta accidentibus, quæ sensum mouent; de ente verò per accidens
non est scientia, vt ex cap. 2. lib. 6. Metaphy. tex. 4. & ex cap. 7.
lib. 11. patet. Igitur Philosophia Naturalis, saltem quoad hanc par-
tem, non potest esse scientia.

Quartum. Magia est pars Physicæ, & tamē non est scientia; ergo
neque Physica simpliciter scientia appellanda est. Maior propositio
probatur ex ipsa Magiæ definitione, quæ ita se habet; Magia est pars
Physiologiæ, quæ ex mutua, & opportuna naturalium virium co-
pulatione, docet opera edere extra omnē admirationis captum. Mi-
nor suadetur, quia vt Aristoteles 1. Magnorum Moralium cap. 1. &
1. Eth. c. 1. & 4. edocet, omnis doctrina est gratia boni alicuius; at
Magia ad hominum perniciem inuenta est.

Quintum. Physiologia, vt Philosophorum libros euoluēti pla-
num est, multis erroribus scatet, multaque fidei Catholicæ repug-
nantia passim docet; vnde est illud Tertulliani in lib. de hæretico-
rum præscriptionibus; hæreses à Philosophia subornantur; & illud
D. Hieronymi in lib. aduersus Pelagianos; omnia hæreticorum ve-
nera de philosophorū fontibus emanarūt, ac pulchrè quidam no-
strorum ait, Philosophi patriarchæ hæreticorum (Cum igitur scien-
tiam à falsitate, & errore maxime alienam esse oporteat; non vide-
tur quo pacto Physiologia scientia dici possit.

Sextum. Pro Academicis hoc esto. Omnis nostra cognitio ini-
tium capit à sensibus; sensus autem, vt experientia docet, inani re-
rum specie delusi frequenter errant. Igitur nulla certa cognitio ad
intellectum peruenire potest; atq; adeo nulla est omninò scientia.
Negant Peripatetici consecutionem; sed probāt Academici. Nam si
sensus, qui nuntij sunt, & interpretes veritatis, falsa denuntiant, quo
pacto intellectus verum à falso discernet? aut quem veritatis iudicē
adhibebit? Nunquid se? at ipse omnis scientiæ à primæua sua origine
inops est, nec vllam habet à natura inditam veritatis notionem. Nū
alium?

alca' car

3. arg.

4. arg.

5. arg.

6. arg.

fazer.

esta cea de cor

D. Hieronymi

alium? at aliorum omnium par cōditio est. Multò igitur satius erit à rebus omnibus assensionem cohibere, quàm cum erroris periculo quicquam asseueranter dicere; multòque erit sapientius nihil exstima-
mare, quàm falsæ opinionis naufragio animum committere sapien-
tis, præsertim in doctrina Physica, cuius cognitio non solum à re-
bus, quæ in sensus cadunt, proficiscitur; sed ad easdem reciproca vi-
cissitudine redit, & terminatur.

ARTICVLVS II.

PHYSICAM ESSE

verè, ac propriè scientiã.

ET si Physicæ dignitas, & ad obtinendam scientiæ rationē per-
fectio, nō satis olim in confesso fuerit, siue rudiori seculo, infā-
te adhuc & balbutiente Philosophia, siue etiã postea, adeò in-
ter se dissidētibus & pugnātibus Philosophantiū sectis, vt nihil ferè
inter eos vlla de re conueniret; tamen postea quam emortua illo-
rum temporum peruicacia, Philosophia quasi è fluctibus emersa
portum tenuit; plana omninò res habita fuit, & omnium confes-
sione consensuque firmata, Physicam in catu scientiarum esse col-
locandam.

Sit igitur conclusio, Physicam esse verè, ac propriè scientiã. Que
probatur primùm ex vulgata illa diuisione, cuius suprà mentionem
fecimus, qua Philosophia, seu Sophia in Physicam, Dialecticam, &
Moralem scientiam distribuitur. Confirmatur etiã testimonio Ari-
stotelis 3. libro huius operis cap. 4. tex. 24. & 1. de partibus anima-
lium cap. 1. & 2. Metaph. cap. 3. tex. 3. vbi Philosophiam Natura-
lem scientiam appellat; & 4. item Metaph. cap. 5. tex. 23. quo in
loco Heraclitum, & Cratylum contrariæ partis defensores infcitiæ
coarguit, ac planè confutat.

Neque aliud fortassis opinati sunt magni illi Philosophi, quo-
rum suprà mentionem fecimus, præsertim Pythagoras, Socrates, &
Plato. Verisimile est enim cum priores duo nihil, in Physica saltem
disciplina, sciri posse dicant, significare eos voluisse tam esse
arduam scientiæ adeptionem, vt id, quod scimus, præ ijs, quæ ig-
noramus, nihil penè sit. Vel etiam non tam ignorantiam fateri, quã
scientiam modestè dissimulare cupiebant, vt eorum insolentiam co-
ercerent, qui cum à vera & expressa sapientia longè abessent, sibi
sapientis nomen inaniter arrogabant. Quo in genere & Socratica
modestia in primis commendata fuit, & illud Pythagoræ lauda-
tum, quod eius auctoritate, vt superius retulimus, Sophi nomen
in Philosophi commutatum fuerit.

De Platone verò, vt eius scripta testatur, haud dubium est quin
senses-

termad no parcer

contra neq

Balbutientis
Philosophiæ
incunabula.

Status iã cō-
firmatæ.

Cōclusio que
stionis.

Socratis mo-
destia aientis
se nihil sciret
cum cæteri ni-
hil se nescire
proficerentur.

De hoc philo-
sophantiã dis-
sidio Plato in
Sophista. Eu-
seb. Cæf. lib.
14 de præpa-
Euang. D. Au-
gu. 18. de ciu-
Dei. c. 41. Ter-
tullia. an lib-
de anima.

Testatur id
ex Heraclide
Pontico Cic.
5. Tusc. quæf.

Præsertim in
Epinomide.

Amacia

modo ad ad

Ignorantia

Lizias pugnator

senferit dari multarum rerum scientiam, & Naturalem Philosophiam in scientijs esse numerandam. Quanquam in hac assertionem tum alia errata inseruit, tum illud, quod nostris animis priusquam concreti huius & terreni corporis domicilium subirent, innatas esse dixit omnium rerum intelligibiles formas, & quasi consignatas notiones, easque corporis societate, tanquam hausto obliuionis poculo, sopiri, deinde accedente studio, atque ope phantasmatum excitari. Itaque nullam denuò à nobis acquiri scientiam, nec quicquam aliud esse discere, nisi recordari; vt constat ex Menone, & Phædro, aliisque eius libris. Nam quod in Philebo, & 7. de Rep. solum Dialecticam (cuius nomine, vt Alcino, alijq; Platonici aduertunt, primam intelligit Philosophiam) quòd inquam solam Dialecticam appellatione scientie dignatur; non iccirco Physiologiam inter scientias connumerandam negat. Loquitur enim eo loco de scientia admodum pressè, vt in eam tantum conuenit facultatem, quæ cæteris patrociniatur, & tanquam è superiori loco præsidet; quod primæ Philosophiæ proprium est. Illa verò eius de duplici mundo sententia, alia quædam secretioris disciplinæ arcana continebat, quæ alibi opportunius referenda sunt. Sed quicquid illi existimarint, assertionis nostræ veritas hisce argumentis astruitur.

Primò, Quicumque necessarium effectum per necessariam causam cognoscit, is scire dicitur; sed Naturalis Philosophus cognoscit plurimos effectus per necessarias causas; dicitur igitur scire. Maior propositio in confesso est; constatque ex definitione scientiæ tradita ab Aristotele 1. Post. cap. 2. Minor probatur. Naturalis enim Philosophus cognoscit verbi gra. omne corpus esse diuiduū; quia est cōtinuū; materiā nō posse vi naturæ absq; omni forma coherere; quia est pura potētia: hominē esse aptum ad capeffendas disciplinas; quia præditus est animo rationis compote; aliæque eius generis cōplura. Nam quòd hæc cognitio sit effectuum, siue affectionum per causas; nemo inficias ierit. Quòd verò in ijs necessitas reperiatur; etsi negant aduersarij, ex eo planè conuincitur, quia vbi res aliter se habere nequit, ibi immutabilitas, ac necessitas inest. Non posse autem hæc aliter se habere, facile deprehendet, qui quid continuum, quid pura potentia sit, animaduertet.

Secundò, Non minus certum necessariūve est hominem esse aptum ad capeffendas disciplinas, quàm triangulum habere tres angulos duobus rectis æquales: sed hoc in Mathematicis disciplinis demonstratur, & vera, perfectaque scientia comprehenditur; ergo & illud in Physica; cum in vtroque par conditio sit; nec idonea ratio afferri queat, cur à natura potius trianguli, quàm hominis, certa aliqua passio necessariò dimanet.

Tertiò, Si quid obstaret quominus de rebus Naturalibus scientia haberet; esset eorum mutabilitas, & inconstantia; at hæc nō obstat; ergo nihil. Probatur assumptio. Primū, quia nō omnes res

Hunc errorem refutat Arist. 1. Metaph. c. 7. & alibi. D. Irenæus lib. 2. cont. her. à cap. 60. D. August. 12. de Trinit. c. 15. D. Thom. 1. p. q. 84. art. 3. & lib. 2. contra gent. c. 83. Mag. Alber. 1. Meta. tra. & 1. c. 8.

Lege Alcino in lib. de doctrina Plat. c. 6. Ficinum in 7. de Rep. Theophilum ad 1. c. 1. de anima.

Eucl. lib. 1. El. prop. 32.

metabron.
Platonis commentum de scientijs ingenitis & reminiscencia.

Nonnunquam Plato Metaph. dialectice nomine significat.

se declarabat.

Prima ratio ratio propositæ concludit.

participate.
negat.

2. Ratio.

3. Ratio.

naturales fluxæ sunt, & mutabiles; siquidem sphaeras cælestes ipsarum natura ab interitu defendit. Deinde, quia esto corpora sublunaria dissoluantur, nunquam tamen de naturæ suæ, & essentiæ gradu deiciuntur, nec eas proprietates amittunt, quas sibi perpetuo, & inuariabili nexu vendicant. Quare poterunt eiusmodi proprietates de illis per ipsarum essentiã, definitionemve, tãquam per causam, demonstratione ostendi; ea verò demonstratio veram, perfectamque scientiam pariet. Negari igitur non potest Philosophiam Naturalem verè, ac propriè scientiam esse.

4. Ratio. Postremo. Etsi res Physicæ tam essent mutabiles, quàm putabat Heraclitus, adhuc de illis scientia haberetur: posset namque vel hoc vnum de illis demonstrari, eas nempe mutabiles esse, stabilemque seruire in sua mutabilitate constantiam. Immeritò igitur omnem scientiæ rationem Naturali Philosopho denegabant. Lege D. Thom. 1. part. q. 84. vbi ex Aristotelis doctrina in 4. Metaph. c. 5. tex. 22. Heraclitici erroris fontem aperit.

ARTICVLVS III.

CONFVTANTVR ACADEMICI, quibus tam in Physicis, quàm in cæteris rebus, dubia & incerta erant omnia.

Prima ratio
qua Academi-
cæ philoso-
phiæ absur-
ditas conuin-
citur.

Qvod verò ad Academicos attinet, qui omnem approbationem, quam Græci *δουκατὰθεοσιμ* vocant, è medio tollebant, nihilque sciri à nobis posse asseuerabant, (Quod item asseuererunt Pyrrhonij philosophi, quos Græci *σκηπτικῆς*, quasi consideratores appellabant) breuiter eorum dogma hunc in modum refellitur. Natura, vt in se quisque experitur, cunctis hominibus veri inueniendi, & cognoscendi appetitum indidit. Potest igitur aliquod verum ab ijs cognosci. Nam alioqui eiusmodi appetitus frustrà esset; cum tamen, vt est commune Philosophiæ placitum, neque Deus, neque natura quicquam frustrà moliantur.

De his Cic. 2.
de fin. & 2.
Acad. quæst.
Laertius lib.
9. Sextus Pō-
picius Pyrrho-
nic. 1.

2. Ratio. Deinde. Vnūquodque attingere valet eam perfectionem, ad quam dirigitur à natura; atqui scire est perfectio, ad quam natura, vel potius naturæ auctor Deus, hominem direxit; cum humana felicitas, vt sapienter docet Aristoteles lib. 10. Eth. c. 7. & 8. in cognitione, & contemplatione posita sit. Aliqua ergo scientia ab homine obtineri potest.

potest

3. Ratio. Rursus. Ex eo potissimum tempore, quo homines à vaga, & agresti vita in ciuilem cultum, & societatem coierunt, singulis penè seculis, nonnulli excellenti ingenio viri, omne vitæ studiū in tractandis ingenuis artibus collocarunt, & ad exquirendam, asserendamque veritatē incubuerunt: at verisimile nō est irritos, & inanes fuisse tot homi-

homi-

hominum conatus. Aliqua igitur veræ, & expressæ disciplinæ ratio ab ijs exercita, ac posteris tradita est.

Præterea, Vt in lib. de vera religione D. Augustinus argumetur; Qui dubitat an aliquid sciri contingat, se dubitare non dubitat; sed certus est: Non est autem certus nisi de eo, quod scit; ergo ipsum, qui se scire dubitat, necesse est concedere se aliquid scire. Nō igitur nihil scit.

Item, vt idem lib. 2. contra Academicos animaduertit; Cū Academici nihil nos verum, sed id tantum quod verisimile est, cognoscere autumant; quid dicant non attendunt. Si enim verum ipsum quid sit nescimus; consequens fit, vt id, quod verisimile est, ignoremus; quemadmodum fieri nequit, vt Chrysippum Socrati similem esse quis sciat, si Socratem ipse nullo modo agnoscat.

Amplius, Ait nouæ Academiæ præcipuus auctor, & ignorantia magister Arcefilas, sapientem nihil approbare ne se falsæ assertionis periculo cōmittat? oportet ergo dormientem semper, atq; officiorū omnium desertorem esse sapientem. Si enim quid amplectendum, fugiendumve sit, humana ratio sine temeritatis nota statuere nō valet; certè neque voluntas, quæ rationem sequitur, quicquam amare, aut odisse sine eadem temeritate poterit. Ne igitur sapiens quicquam temerè agat, ab omnibus vitæ communis actionibus cessabit. Quo quid insipientius, aut consilio magis inimicum fingi potest?

Denique, hunc errorem, cū omnem certitudinem, & veritatis constantiam, ac honestæ vitæ statum labefactet, Ecclesia Dei, cælestis disciplinæ præceptis erudita, tāquam dementiam detestatur, vt D. Augustinus. 19. de ciuit. Dei cap. 18. monet. Qui etiam hac de re vberius disputat lib. 3. contra Academ. itēque D. Damascenus in sua Dialectica c. 3. D. Epiphanius lib. 1. to. 1. & lib. 3. to. 2. Tertullianus in lib. de anima.

Item Scotus in 1. d. 3. q. 4.

4. Ratio.

5. Ratio.

6. Ratio.

7. Ratio.

Academicorum sectam detesta ut Orthodoxa fides.

mais largi

ARTICVLVS III.

DISSOLVUNTVR

primi articuli argumenta.

Reliquum est vt argumentis initio propositis occurramus. Ac primi quidem difficultate victus Plato, vt nihilominus Physicæ dignitatem astrueret, eamque scientiam esse tueretur; in Timæo, in Phædro, alijsq; in locis ideas inuexit, id est, formas quasdam à materiæ societate, & nascentium atque intereuntium rerum multitudine abiunctas, de quibus haberi scientia posset. Hæc tamen sententia procul à vero abest. Non enim eiusmodi ideæ dantur, vt non semel demonstratum est ab Aristotele; nisi fortè Plato, (quod alibi expendemus) de ideis illis loquatur, quas Theologi in mente

Platonis ideas

diuina, vt æterna rerum faciendarum exemplaria esse docent. Sed neque ad has confugere Philosophum necesse est, cum demonstrationes conficit, vt patet ex lib. 7. Metaphy. c. 6. tex. 20. & ex doctrina librorum de posteriori resol. ac dilucidè ostendit D. Thom. 1. part. q. 84. art. 1.

Solu. 1. argu.

Ad argumētum igitur concessa Mai. propositione; quod ad Minorem attinet; negandum est Physicam de rebus certis, & perpetuis non agere. Primum, quia connexiones inter subiecta Physica, & prædicata essentialia, atque eas affectiones, quæ cum subiectorum natura indissolubili nexu cohærent, certæ sunt, & perpetuæ. Deinde, quia tametsi elementa, & omninò ea, quæ ex subælesti materia coaluere, corrumpantur; eam tamen corruptionem sola singularia per se subeunt; naturæ verò communes, de quibus propriè scientia est, non nisi per accidens, ratione singulariã, in quibus insunt. Quo fit vt eiusmodi naturæ vi sua, in seque spectatæ, stabiles sint & firmæ; ea videlicet firmitate, quam Philosophi negatiuam vocant; quia, vt lib. 1. Post. cap. 7. explicari solet, ex sese non intereunt, aut mutantur. Quod præter alios edisserit D. Thom. 1. part. q. 86. art. 3 & in quæst. de veritate q. 1. art. 5. Alexander lib. 1. Naturalium quæst. cap. 3. Sed aduertendum præterea, quasdam esse naturalium rerum affectiones, quæ neque ex contingenti; neque prorsus necessariò; sed medio quodam modo competunt; nimirum necessitate, quam Physicam appellant; quia ita cum rerum naturis cohærent, vt earum existentiam requirant; quo pacto se habet motus comparatione cælestium sphaerarum, & eclipis respectu lunæ, aliæque id genus, quæ rebus non nisi in certo statu, vel maiori ex parte, sublatiue impedimentis insunt. Ea igitur fatemur in demonstrationem omnibus numeris perfectam non cadere. Verum non in omnibus eadem subtilitas, & absolutio deposcenda est; sed quatenus fert subiectæ rei naturæ vt Lynconiensis, Iandunus, alijque hoc loco animaduertunt ex Aristotele lib. 1. Eth. cap. 3. & 7. & lib. 2. Metaph. cap. 3. tex. 16.

Pro cōditione rei propositæ exigenda certitudo.

Ad reliquam eiusdem argumenti partem dicendum cum D. Tho. 3. contra gen. c. 84. iccirco intellectum dici à tempore, atque etiam à loco considerationem abstrahere; quia considerat naturas communes, quæ neque ad certum tempus, neque ad certum locum definiuntur, vt ait Plato in Parmenide, & Aristoteles 1. Post. c. 24. tex. 43. Dici itè abstrahere à materia, propterea quod scientia non versatur circa materiam singularem.

Solu. 2. arg.

Ad 2. Concessa Maiori propositione negetur assumptio, cuius probatio rectè diluebatur. Ad improbationem verò dilutionis responderi debet, posse Philosophum Naturalem res Physicas perfectè cognoscere in suo genere, id est in genere Physico; siquidem intelligit materiam, & formam, atque omnia prædicata, quæ in suo conceptu materiã includunt. Cæterum non posse eas omnibus numeris absoluta cognitione assequi, si ignoret quid ens, quid substantia sit;

De sensu illius effati, in intellectu abstrahit à materia, latè disputat Zimara in theore. prop. 99.

De
gij
q. 10
lo.
tra.
104
3. p.
Vi
rele
te M.

In i
codi
lebe
mo.
lus
It
Can
o. 3.
dec
rij
apu
ne l
hist

fit; vt rectè probat argumentū; quorum tamē prædicatorum cognitio re vera ad Metaphysicum pertinet. Quocirca, qui naturalium rerū definitiones vsq; ad vltima prædicata persequi voluerit, eorum intelligentiam à Metaphysico mutuabitur; vel potius hac in re Metaphysici personam assumet. Nec putandum est Naturalem Philosophiam vllum facere dignitatis suæ dispendiū, quod hac re à prima Philosophia opem efflagitet, eique, vt pote omnium scientiarū reginæ, falces submittat.

Ad 3. dicitur philosophum Naturalem non solum contemplari materiam, vt est affecta accidentibus; sed etiam vt est altera pars compositi physici; quomodo est ens per se, sicuti & ipsum compositum, quod ex ea coalescit. Adde non omnia entia per accidens remoueri omnino à scientijs (vt patet in numero harmonico, & linea visuali, quæ Musicæ, & Perspectiuæ subiecta sunt) sed ea dūtaxat, quæ nec in determinatas causas resolui queunt, nec passionibus, quæ in scientijs considerantur, ex se pariunt; vt musicus albus, thesaurus casu inuentus, aliæque eiusmodi.

Ad 4. Vt quid respondendum sit pateat, aduertendum est duplicem esse Magiam, alteram maleficam, quam Greci *γοητεία* vocant, quæ scilicet præstigijs, & veneficijs ad ementiendam veritatē, hominesque à statu mentis deiiciendos, atque alia eiusmodi scelera patranda, magna ex parte constat, ac dæmonum commercijs inauspicata est: alteram peculiari nomine à Græcis *μαγεία* appellatā, cuius pars illa, quam Physicam vocant, eo differt à Physiologia, quod ex ea, quam hæc tradit, naturalium rerum notitia, mutuos naturæ consensus, & reconditas vires aptè copulando, doceat opera efficere, quæ admirationē excitent. Cuius rei nonnulla exempla scripsit D. Bonauentura in 2. d. 9. q. 3. & Guilielmus Parisiensis in suo opere de vniuerso corporeo & spiritali c. 21. ac multa ex eo genere edidisse Apollonium asserit D. Iustinus in quæstionibus, quas gentes proponebant q. 24. Priorem igitur Magiam concedendum est neque partem esse Physicæ disciplinæ, neque artem; sed artis abusum, vt argumento concluditur, docetque D. Thom. quodlib. 4. q. 9. ar. 1. & M. Albertus 1. Eth. tract. 3. cap. 2. Vnde in hanc iurisprudentia tū lege duodecim tabularū, tū sæpe aliās pænā sanxit. Posteriorē verò asserendum & artem esse, & scientiam ab antiquis Philosophis in magno pretio habitā, vt constat ex ijs, quæ docet Plato in Alcibiade primo. Cicero lib. 1. de diuinatione. Plinius initio 30. libri. Tertullianus in lib. de Idolat. Philo in lib. de specialibus legibus. Est autem hæc, practica scientia; quia praxim respicit, tanquam finē, vt ex dictis constat; vnde nō est propriè, & intrinsecè pars Physiologiæ, quæ speculatricē scientiā esse quæstione sequenti ostēdemus; sed quidā quasi riuulus ex illius fontibus deriuatus. Quare in illa definitione, quæ in argumēto ex nonnullis afferebatur, si vsurpetur, aut nomen partis, aut ipsa Physiologia, nimis amplè accipienda est.

Ad

De hisce Magijs D. Thom. q. 16. de malo. & 3. contra gen. cap. 104. Alensis 3. p. q. 16. m. 3. Victoria. in relect. de arte Mag.

In iure civili codice de maleficis L. Nemo. L. Nullus L. Culpa. Item in iure Canonico. 26. q. 5. lege etiam decretū Tibertij in Magos apud Dionē lib. 57. de hist. Rom.

Solu. 3.

Solu. 4.

Solu. 5.

Ad 5. dicendum, errores, quibus Philosophorum libri aspersi sunt, non Philosophiæ, sed malè philosophantium vitio, aut ignorantia fuisse inuectos. Vnde præclarè monet D. Grego. Nyssenus in vita Moscos, Philosophiæ Naturalis fætus haud ab similes esse filijs à Mose ex alienigena vxore susceptis, quos Deus urgente, ac premente angelo circuncidi prius curauit, quàm Moses diuinum legatum in Aegypto ageret. Non multò secus, inquit ille, refecanda sunt ab institutis Philosophiæ Naturalis ea, quæ non ex ipsius artis principijs, quæ vera est; sed ex hominum fidei lumine carentiũ opinionibus, falsa, ac fidei repugnantia, quasi quædam infidelitatis præputia orta fuere.

Solu. 6.

Ad 6. fatendum est nostram cognitionem à sensibus proficisci, nosque ab ijs nõnunquã in errorẽ induci: verũ id nõ ob stare quominus certam multarum rerum comprehensionem, ac scientiam habere possimus. Nam primũ, vt constat ex doctrina Aristotelis 2. de anima cap. 6. tex. 63. multa sunt, in quibus sensus nunquam decipiuntur. Neque enim falli possunt circa proprium sensibile, secundũ communem rationem spectatum. Deinde esto nonnunquam errẽt, sæpe ab intellectu corriguntur; qui licet nullam habeat à natura ingentam speciem, vel scientiam; habet tamen inditum lumen, quo communissimis principijs sine vllõ erroris, aut temeritatis periculo assentiatur, & quo alia ex alijs interdum perspicuè, ac certò; interdum probabiliter ratiocinando deducat; interdum etiam sine discursu quædam percipiat, atque intueatur. Qua de re D. Thomas 1. p. q. 84. art. 6. & Scotus in 1. sentent. dict. 3. q. 4. Lege etiam Tertullianum in libro de anima, vbi Academicorum cæcitatẽ coarguit, quòd sensibus fidem omnem denegando, nature ordinem turbarint, ipsiusque Dei prouidentiam reprehenderint, quasi rebus intelligendis, & dispensandis fallaces ac mendaces internuntios præfecerit.

Academici
diuinæ prouidentie calumniatores.

Q V Æ S T I O. III.

SITNE PHILOSOPHIA NATURALIS contemplatrix scientia, an practica?

A R T I C V L V S I.

Q V Æ A R G V M E N T A P R O -
bare videantur esse practicam.



Naturalem Philosophiam non contemplatricem; sed practicam scientiam esse conabitur quispiam hisce rationibus persuadere. Primũ, scientia contemplatrix sola rerum inspectione contenta est; sed Naturalis Philosophia non

ita

ta se habet: non est igitur cōtemplatrix. Maior propositio est apud Aristotelem 1. Metaphy. cap. 1. & 3. de anima cap. 10. tex. 49. Minor probatur. Naturalis namque Philosophia inclinatur ad amorem Dei; siquidem ut Alcinous in libro de doctrina Platonis cap. 30. & D. Thomas 1. contra gent. cap. 2. edisserunt, omnis abditarum rerum intelligentia humanam mentem ad naturæ diuinæ similitudinē propius euehit: similitudo autem, teste Aristotele 3. Magnorū Moralium cap. 11. alijsque in locis, magna est amoris conciliatrix. Quāobrem Salomō Sapien. 7. multos in Dei amicitiam sapientiæ beneficio receptos fuisse testatur. Igitur Philosophia Naturalis inclinatur ad Dei amorem: at amor actio quædam est, siue opus nostri animi: inclinatur ergo ad opus. Huc pertinet quod philosophia tacita vi ad rerū humanarum despectionem allicit, ut & experientia docet, & præclara multorum philosophorum exempla, quos ex sapiētiae studio, tantum humanarum rerum tædium cepit, ut omnibus diuitijs, vitæque voluptatibus nuntium remiserint; velut de Socrate, Diogene, Empedocle, Anaxarcho & Heraclito Ephesio, alijsque non paucis multi scriptores memoriæ prodiderunt. Quare non videtur Naturalis Philosophia in sola inspectione veritatis conuiescere.

alliciti
Similitudo
magna amoris
cōciliatrix

alliciti e amore

Plutarchus in libello de Exilio, Laertius in Socrate. Celsus lib. 19. le- & antiq. Philo Iudæus in libro de vita contemplatiua. Theodoretus ser. 6 de prouidentia.

Deinde, Naturalis Philosophia non est libera; ergo neque cōtemplatrix. Conclusio videtur apte colligi; liberum enim in genere disciplinarum, id dicitur, quod sui ipsius gratia quæritur; quo pacto se habet omnis contemplatiua scientia, ut constat ex c. 2. libri primi Metaphy. Assumptum probatur. Nā si Philosophia Naturalis esset ars libera, esset utique liberalis: Non esse autem liberalē ex eo ostenditur; quia non est aliqua ex illis septem, quæ in vulgata liberalium artium diuisione recensentur.

2. argu.

Præterea, scientia, quam Deus de rebus Physicis habet, est tūm practica, tūm speculatiua; ut D. Thomas in 1. part. q. 14. art. 16. ostendit; ergo & ea, quam nos de iisdem rebus habemus, non speculatiua tantum erit; sed etiam practica.

3. argu.

In libris de anima cōagitur de potentijs & earum functionibus

Adde, quod ea saltem Physiologiæ pars, quæ humanæ voluntatis actiones considerat, non minus videtur in practicis numeranda, quàm pars illa Ethicæ doctrinæ, quæ in eisdem pertractandis versatur; cum vtraque circa operationem, quæ ratione dirigitur, atque adeo circa praxim, occupetur.

4. argu.

Tandē, Ars medēdi est pars sciētiae Physicæ, quādoquidē agit de corpore humano prout est sanitati, morbisque obnoxium, quod pars quædā est subiectaenti mobili: atqui ars medēdi est practica, utpote quæ dādis curādorū corporū præceptionib⁹ incubet, totāque vim suā ad cōseruā dā recuperā dāve sanitatē cōferat. ergo & Physica practica erit: Nec enī ad vñū gen⁹ pars subiecta, ad aliud, totū pertinere potest

5. argu.

Accedit quod Aristoteles Philosophiā, & Medicinā sorores appellabat, alterāque per alterā definiendā cōsebat, aiens Medicinā esse corporis Philosophiā; Philosophiā verò animi medicinā. Quod &

6. argu.

D. ante

ante Aristotelem censuisse Democritum refert Clemens Alexandrinus in Pædologo. cap. 2. & D. Isidorus Pelusiota epistolarum lib. 1. epistola 437. Quare videtur Philosophi hæc duas disciplinas naturæ societate, & communione iunxisse. Quò fit vt si Medicina in practicis artibus numeretur, inter easdẽ Physiologia reponi debeat.

ARTICVLVS II.

STATVITVR VERA SENTENTIA, dissoluunturq; tria argumeta aduersariæ partis.

Physiologia
contemplati-
ua scientia.

ASserendum tamen est Philosophiam Naturalem contemplatricem esse, vt sentit Aristoteles 6. Metaph. c. 1. tex. 1. & vndecimo item Metaphy. cap. 6. Plato apud Alcinoum in libro de doct. Plat. cap. 7. D. Augustinus 8. de ciuit. Dei cap. 4. Boetius in opere de Trinit. Hugo Victorius 2. Didascalon cap. 2. cæterique Philosophi vno consensu. Accedit ad auctoritatem ratio. Nam contemplatrices disciplinæ eo à practicis differunt, quod practicæ, vt ipsum praxeos nomen indicat, opus aliquod suapte natura respiciant, proindeque ad eiusmodi opus obeundum potentiam dirigant, tradantque regulas, & præcepta operandi: at verò contemplatrices solam veritatem, hoc est, ipsam duntaxat rerum, de quibus disputant, inspectionem sibi tanquam finem proponant. Hinc verò facile quis intelliget Naturalem Philosophiam contemplatricem esse; quandoquidem in sola rerum Physicarum natura explicanda versatur, nec vllas operis faciendi regulas exhibet, vt ipsius institutum, ac progressum intuentibus conspicuum est. Nec refert quòd eã nonnulli, sicuti & alias speculatrices sciētias, honoris, aut pecuniæ gratia quærant. Non enim artiũ, scientiarũve distinctio ex fine, quæ sibi quisque arbitrato suo constituit; sed ex eo, ad quem ipsæ per se referuntur, sumenda est.

Solutio 1. ar-
gumētũ p. ad
uersaria parte

Ad primum igitur argumentum eorũ, quibus nostra assertio impugnabatur, concessa maiori propositione, neganda est minor; & ad eius probationem dicendum Philosophiam inclinare ad amorem Dei, & voluptatum, honorumque despicientiam, non tamen practicè, quasi ad id præceptiones det, sed tum ob eam causam, quæ in argumento adducitur; tum quia diuina bonitas in rebus creatis elucens à philosopho cognoscitur, cognita amatur; & inaniam rerum fucata vanitas ab eodem deprehenditur, deprehensa contemnitur.

Solutio. 2.

Ad 2. Neganda est antecedens propositio; cuius confirmatio refellitur dicendo Physicã esse quidẽ liberalẽ, siue ingenuam; cum animũ excolat, liberã, & ingenuã hominis partem: nõ contineri tamen in trita illa artiũ liberaliũ partitione; quia vt aduertit Hugo Victo. lib. 3. Didascalon, nõ omnes liberales disciplinæ in ea recẽduntur: sed illæ duntaxat, quas Encyclopædias, siue in circulo positas, ac populares vocabant,

ingreda. / se depreza.

noce.
orne.

cabant, quibus adolescentes priusquam ad Physicam accederent, erudiri mos erat, quæque sæpius artes, quam scientiæ dici consueverunt, vt testatur D. Thomas in 1. 2. q. 57. art. 3.

Ad 3. dicitur cum eodem D. Thoma in 1. part. quæstio. 15. art. 3. & in Quæstionibus de veritate, quæstio. 3. art. 3. Deum tum speculatiuè, tum practicè res Physicas intelligere. Speculatiuè, prout earum naturas, & affectiones absolute considerat. Practicè, qua ratione easdem expendit, vt sub ipsius regulam, ac praxim, siue actu, siue potestate recidunt. Qua propter diuina cognitio, licet in se vna, & simplicissima sit; tamen prout in res Physicas tendit, tum ob suam ipsius eminentiam, & excellentem dignitatem; tum verò ob diuersum illum modum, atque ordinem, quem eiusmodi res, illius comparatione fortiuntur; simul & practicæ, & contemplatiuæ scientiæ rationem obtinet. At nostra Physiologia multo aliter se habet. Nam cum res naturales haudquaquam ab ipsius regula, praxique dependeant; fit vt vno duntaxat modo, idest, contemplando in eas feratur, proindeque speculatiua tantum sit. Neque verò id, quod deuotatis actionibus obijcitur, momentum habet. Non enim quælibet actiones à voluntate profectæ rationem praxis habere putandæ sūt; sed illæ, quæ practici intellectus iudicio gubernantur. Harum verò consideratio non per se ad Physiologiã spectat, sed ad eas artes, quarum id iudicium, siue dictamen proprium est; vt ad Moralem doctrinam, quæ rectè viuendi normam tradit; similiterque ad ceteras artes, quæ quo pacto ipsarum materia tractanda sit, præscribunt.

Sol. 3.

Scientiam dē unam de rebus Phy. esse tum pract. tū specular.

Nost ram nō item.

Sol. 4.

Quæ a ratione rationem praxicos obtineant.

Lege Capre. q. 2. Prologi in Solu. arg. Gregor. cōtr. 1. conclus.

ARTICVLVS III.

DILVITVR VLTIMVM PRIMII articuli argumentum, & an ars medendi contemplatiua sit, exquiritur.

VT ultimo argumento planè satisfiat, expendendum hoc loco erit, sit ne Midecina in practicis, an in contemplatiuis scientijs ponenda. Qua in re duæ se offerunt sententiæ. Altera existimantium neque practicam, neque contēplatiuam simpliciter dicendā; sed partim hoc, partim illud. Primum, quia celebre est apud Medicos distribui Medicinam in practicam, & theoreticam, cuius diuisionis mentionem facit Auicenna initio suæ Metaphycę, & Galenus in finitionibus medicis. Deinde, quia medendi ars non solū docet quibus morbis, quæ medicamenta adhibenda sint, in quo genere versatur doctrina Aphorismorum Hippocratis, quæ tota ad praxim spectat; sed etiam humani corporis structuram, temperamentum, aliāque eiusmodi speculando cōsiderat. Quare videtur ars medendi tum practica, tum speculatiua esse.

videnda dicitur.

1. opinio.

Eius cōfirmatio.

Vt Lemosij 1. suoru cōme. in Gale. de morb. med. item Aponēsis differ. 4. et si is dicat totam Midecinā posse dici speculatiuā.

Aliam opinionē, quæ nobis magis probatur, amplexus est Hugo

2. opinio.

D. 2

Victo-

Victorius, 2. lib. Didascalon cap. 21. D. Tho. in Boetiū de Trinit. q. 5. art. 1. Scotus q. 4. in Prologo sentent. Isidorus 1. Ethic. Averroes Collect. lib. 6. cap. 1. & 1. de Anima Comm. 17. alijque complures, videlicet Medicinam simpliciter censendam practicā. Quod hunc in modum ostendi potest. Scientia non à particularibus obiectis singulorum habituum, quibus constat, sed ab eo, quod subiectum attributionis nominant, & à fine totius artis, contemplatiua, seu practica existimari debet: at subiectum attributionis Medicinæ est humanum corpus, quatenus prosperæ, & aduersæ subest valetudini; finis verò est sanitatem restituere, si amissa sit; conservare, si amissa non sit; quæ omnia, vt notum est, ad praxim spectant. Igitur ars medica simpliciter practica censenda est. Minor propositio est medicorum, & Aristotelis 1. Eth. c. 7. & 1. Rhetor. ad Theod. c. 2. Maior probatur, Primùm quia par est quilibet artem, & scientiam ab eo nomen, & rationem capere, quò veluti ad scopum sua omnia cogitata, ac totum progressum dirigit. Deindè, quia alioqui multæ artes simpliciter practicæ, haud simpliciter tales dicendæ foret. Verbi gratia Moralis doctrina, nisi ad principem eius finem, quod opus quoddam est, videlicet recta vitæ institutio, ac morum conformatio, attendendum sit; nemo eam absolutè practicam dixerit, cum nò pauci in ea sint habitus contemplatiui, idest, qui in se spectati nullam tradunt operandi regulam; vt ij, qui circa effata illa versantur, iustitia est præstantior fortitudine; virtutes sunt inter se connexæ, alijque complures. Idem quoque in Dialectica planum est, in qua consimiles habitus passim occurrunt; vt quibus hisce pronuntiatis assentimur, enuntiatio est oratio verum, vel falsum significans; demonstratio est syllogismus cõstans ex veris, primis & cæt. Cũ igitur hoc nihil obstet, quomin⁹ & doctrina Moralis, vt 2. Eth. c. 2. Aristoteles edocet, & Dialectica, vt idẽ 6. Metaph. c. 1. tex. 2. innuit: Cũ inquã hoc nihil obstet, quominus hæ artes absolutè in practicis numerentur, consentaneum est, vt Medicina inter easdem simpliciter haberi debeat.

Vt Thuri-
nus in Micr.
Galen. lib. 1.
Fernelius in
tio suæ Phy-
sio. Ammo. in
proem. ad 5.
voces Por-
phyrij Gale-
nus Epidem-
6.

Lege Gale 1.
Aphor apho.
1. & 1. de in-
genio sanit.
c. 2. Auerro. 1.
colliget c. 1.
Halia. 1. The-
oricæ.

Lege Capr.
in. 1. d. 35. q.
2. ar. 2.

Eius confir-
matio.

Materia sub-
iecta arti me-
dicæ, & eius
finis.

Moralis sciẽ-
tia, & Diale-
ctica simpli-
citer practicæ

Dilutio arg.
pro cõtraria
opinionẽ.

Proprietas

radat

Quæ verò in contrariam partem adducta sunt, facilè habent explicatum. Nam quod ad partitionem illam Medicinæ in practicam, & theoricā attinet, respondendum est cum D. Tho. & Auicenna loco cit. aliter practicum, & speculatiuū sumi, cum sciẽtias ab se mutuò distinguunt; aliter cum ars medica in practicam & theoricam diuiditur. Priori enim consideratione, ab vltimo scientiæ fine distinctio petitur; ita vt ea practica censeatur, quæ in opus, vt in vltimum, ac principem finem tendit. Posteriori, non vltimus, ac primarius finis totius artis spectatur; sed perinde res habet, ac si dicamus vnam Medicinæ partem ab opere, atque à praxi remotiorem esse, quæ nimirum theoremata quædam è fõtibus hausta Naturalis Philosophiæ pertractat, ac interim medendi regulas proximè non curat, & hanc posse vtcũque theoricam appellari: alteram opus vrgere, & è propinquo

pinquo in ipsam praxim incumbere, quæ videlicet in dandis præceptis difertè, atque explicitè occupatur, & hanc practicam esse. At quod Medicina hoc modo in theoricam, & practicam diuidatur, nihil impedit quominus absolutè practica dicenda sit, vt ex ijs, quæ paulò antè disseruimus, liquet.

Lege Zimaram in theorematibus proposit. 22. vbi Conciliatorè refellit.

Quibus ita explicatis in pròptu iã erit quid respõdendũ sit ad vltimũ primi articuli argumẽtũ, cuius diluendi gratia hæc præfati sumus. Negandũ quippe est medendi artẽ, Physiologiã partem esse; & ad probationem dicendũ, licet corpus humanũ, circa quod medicus occupatur, pars sit subiecta enti mobili, si vtrũque materialiter, seu vt res quædam est, sumatur; non tamen esse partem illi subiectã, si formalem vtriusque rationem, ac modum, quo in sui artificis considerationem veniunt, expendamus. Medicus enim ad humanũ corpus attendit, quatenus artis beneficio & industria aduersam valetudinem propulsare, secundam tueri potest; Physiologus entis mobilis essentiam, & affectiones, atq; etiam (teste Aristotele initio lib. de sensu & sensili) sanitatis & ægritudinis causas, vt à natura profectas, solo veritatis inquirendæ studio, contemplatur. Quæ rationes inter se diuersæ sunt.

Explicatio 3. arg. superioris arti

considerem

Leitar fora

Ex dictis etiam perspicuum relinquitur, nec eam partẽ artis medicæ, quæ nõnulla considerat theoremata è Naturali Philosophia petita, vt ea in rem suam accommodet, partem esse Naturalis Philosophiæ; cùm hæc ipsa consideratio instituto, atque intentione totius artis ad praxim referatur, nisi quispiam malit dicere effata illa Naturalis Philosophiæ, non tractari à Medico, qua Medicus est; sed assumpta persona Physiologi; atque ita nec per se in arte Medica includi, nec ex illius præscripto, atque ordine ad praxim spectare. Nobis tamen prior sententia, quæ est D. Thomæ, & Auicennæ, magis arridet.

Ad id, quod ex Democriti & Aristotelis dicto obijciebatur, respondendum eos Medicinam & Philosophiam, idest, sapientiam sorores vocasse, non quod praxews, aut contemplationis cognatione inter se conueniant; sed quod vtraque medeatur; hæc animo, illa corpori. Adde quòd priuatim inter Physiologiam, & artem Medicinam eam non parua est affinitas quatenus illa naturã contemplatur; hæc è naturæ legibus medendi præceptiones eruit: illa circa magnum, hæc circa paruum mundum versatur: ac denique vbi illa desinit, hæc incipit, vt initio lib. de sensu, & sensili Aristoteles ait.

Sol. 6.

Quo sensu Philosophia & Medecina sorores dicantur.

byra

Lege Cic. ad finem prime Tusc. Plutarci in lib. de tuenda bona valetudine.

QVAESTIO. III.

SITNE PHYSIOLOGIÆ

subiectum ens mobile; an non?

ARTI-

QVÆSTIONIS DISSOLVTIO.

Opiniones de subiecto Phisi.

1. opinio.

2. opinio.

3. opinio.

elegantia

Philosophi in hac quæst. rebus cõueniunt, verbis dissident.

Mobile, nomẽ varij vsq.

Quid interfit inter ens naturale & ens secundum naturam.

de de se mais

Corpus tripartitam dicitur.

ainda qd

se componem



Quem circiter de materia, subiectõve huius doctrinæ in scholis Philosophorũ sententiæ versantur; è quibus tres celebriores sunt. Prima est Auicennæ primo sufficienti, Algazellis in libro de scientiarum diuisione, Magni Alberti initio huius operis, Lynconiensis, AEGidij, & compluriũ arbitratium esse corpus mobile, seu corpus naturale. Secunda est Frãcisci Toleti, & Maioris hoc loco, aliorũq; asserentiũ esse ens naturale. Tertia Auerrois, Simplicij, & D. Tho. quem secuti sunt Ferrariensis q. 2. huius libri, Soncinas 4. Metaph. q. 10. & Caietanus in opusculo, quo hac de re satis luculentè disseruit. Hi statuunt esse ens mobile. Sanè verò licet harum partium auctores sese mutuò oppugnent, neutiquam tamen expugnant. Nam si æquis animis attendere voluerimus, facile apparebit hoc non tam esse rerũ, quàm verborum dissidium, cum re ipsa idem sint ens mobile, corpus mobile, seu naturale & ens naturale. Quocirca Auerroes non tam ad verba, quàm ad sententiæ veritatem attendens, rem subiectã Phisicæ nunc ens mobile vocat, vt loco cit. & in 4. Metaphys. comm. 1. nunc corpus mobile, vt 12. eiusdem operis, commento 5. aliàs etiam corpus naturale, vt lib. 7. cõm. 5.

Has opiniones recenset partim Caietanus in opusc. de subiecto Ph. partim Iãda n9 hoc lo. q. 2

Vt autem veritas magis eluceat, annotandum est ex M. Alberto quæst. 2. huius libri vocabulum, mobile, bifariam vsurpari à Philosophis; vno modo, vt designat aptitudinẽ ad motum, quæ proprietatis quædam est entis naturalis: altero, vt significat principium à quo eiusmodi aptitudo oritur, hoc est materiam, & formam substantialem, quæ principia sunt motus, latè accepto eius nomine, vt sex illas species, quas Aristoteles in libro categoriarum, capite de speciebus motus recensuit, notione sua comprehendit.

Illud præterea ignorandum non est, quod traditum fuit ab Aristotele 2. huius oper. c. 1. tex. 4. ens naturale dici quod ex materia, & forma constat; ens verò secundum naturam latius fundi, completique non modo ens naturale, sed quacunque illius affectionem, vt moueri, quantum esse, contineri loco, aliãque eiusmodi.

Denique sciendum ex D. Tho. in 1. sent. d. 25. q. vnic. ar. 1. & Hærico Gandauensi quodlib. 4. q. 14. corpus triplex esse, Mathematicum, Metaphysicum, Phisicũ. Mathematicum, est vna è speciebus quantitatis continuæ tergemina habens dimensionem, longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Metaphysicũ, est, quod, quã tale, compositione Metaphysica ex genere, & differentia, nempe ex substantia & corporeo constat; cæteròquin Phisica compositione ex materia, & forma coalescit, poniturque in categoria substantiæ. Denique Phisicum, est materia prima, altera pars cõpositi natu-

Lege Cai. ad art. 3. q. 7. l. p.

naturalis; tametsi obtinuit iam vsus, vt non quæuis materia prima corpus dicatur; sed ea duntaxat, quæ instrumentis ad functiones vitæ obeundas distincta est, seu quæ est altera pars viuientis.

His ita constitutis, cum ens mobile, corpus mobile, siue naturale, & ens naturale, idem valere dicimus; mobile in posteriori significato vsurpamus; corpus verò mobile, prout corpus secundo modo sumptum circumscribit. Ex quo patet neque materiam primam; licet generationis subiectum sit; neq; mentes corporeæ molis expectes; etsi loco moueantur, entis mobilis appellatione comprehendi; cum ex materia & forma non constent. Liquet etiã, non rectè quosdam Scoti sectatores opinionem D. Thomæ insectari, quasi Physiologiæ subiectum statuerit compositum per accidens. Nec enim ens mobile, compositum per accidens est, aut complexum re; sed vocabulo tantum; cum idem valeat atque corpus categoriæ substantiæ.

Sit igitur conclusio, Ens mobile esse subiectum Philosophiæ Naturalis. Quæ ita probatur. Ens mobile, cum humanæ rationis lumine cognoscatur, ac nonnullæ de illo proprietates demonstrantur, vtique ad aliquam scientiam necessario pertinebit; non ad aliam, vt inductione perspicuum est. Ad Naturalem ergo Philosophiã:

Secundò, Id est subiectum cuiusque scientiæ, cuius natura & affectiones per se in ea explicantur, vt constat ex ijs, quæ in 1. lib. de posteriori resol. cap. 8. & 9. Aristoteles tradit: atqui ita se habet ens mobile ad hanc scientiam, vt eius institutum, & doctrinæ progressum intuenti patet. Est igitur illius subiectum.

Tertiò, Omnes conditiones, quæ ex philosophantium consensu in artium subiectis requiruntur, conueniunt in ens mobile comparatione Physiologiæ. Igitur necessario illi vti proprium subiectum attribuetur. Probatur assumptum. Inprimis namque eam à cæteris scientijs distinguit, vt ex ijs, quæ superius disputauimus, facile quouis intelliget. Deinde est vnius naturæ; cum per se ad categoriã substantiæ pertineat. Denique omnia, quæ in Physicam disputationem veniunt, ad illud referuntur.

Confirmatur deinde eadem assertio, quia id subiectum cuiusque scientiæ ritè habetur, quod in definitione propriæ, ac præcipuæ affectionis, quæ in ea cõsideratur, poni solet: at in definitione motus, qui præcipua est earum proprietatum, quæ à Physico considerantur, ponitur ens mobile. Sic enim definitur motus tertio huius operis c. 2. tex. 16. Motus est actus entis mobilis, vt mobile est.

Postremò hanc sententiam non obscure approbasse videtur Aristoteles 6. Metaph. cap. 1. tex. 1. hisce verbis (Naturalis profecto facultas contemplatrix quædam scientia est eius, quod motu cieri potest) At ne quis vim in verbo faciēs colligere ex hoc loco velit aliorum sententiam, quam initio quæstionis ab hac nostra, re ipsa neutiquam discrepare asseruimus, Aristotelicæ doctrinæ aduersari; ibidè Aristoteles Physicam ait incumbere in agnitionem substantiæ, quæ

obras, e operacõu.

Quo sensu ens mobile dicatur Physiologiæ subiectum.

Persegrui.

Conclusio.
1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

62, e ordenadam.

5. ratio.

Occurritur obiectioni.

nullo modo.

cognitiõne.

Questione 1.
huius proo-
mi.

in se principium motus, & quietis habet, id est, substantiæ mobilis: vt facile appareat, quod antea monuim⁹, in Peripatetica disciplina, ens mobile, substantiã mobilem, ac similia idem omninò valere. Vnde indiscriminatim vsurpantur lib. 10. Metaph. summ. 2. cap. 2. & lib. 11. sum. 7. c. 1. & 1. lib. de cœlo cap. 1. tex. 1. & lib. 3. capite, & tex. 1. Quare non est quod explorata, & constituta re, longiorẽ hoc loco de uocabulis, vt nõnulli perperam faciunt, quæstionem texamus. Rectè enim dictum est illud à Platone; si verba, vbi opus est, contemneremus, rebus ditiores essemus; & illud à Galeno; Tunc cæpere homines res ipsas contemnere; cùm nimis curiosè ad nomina controuersias traduxerunt.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTA ADVERSVS
ea, quæ superiori articulo conclusa sunt.

Nonnulla tamen sese offerunt, quæ hætenus à nobis explicatam de subiecto Physicæ opinionẽ labefactare videantur. In primis enim sic licebit argumentari. Eodem pacto se habet in Physica ens secundum naturam ad ens naturale, quo in prima Philosophia ens in commune ad substantiam: atqui primæ Philosophiæ subiectum non est substantia, sed ens in commune, vt statuit Aristoteles initio lib. 4. Metaphysicorum; ergo neque subiectum Physicę erit ens naturale; sed ens secundum naturam.

2. argu. Secundò, Si nullæ essent substantiæ expertes materiæ, vt veteres Physici arbitrabantur, Physiologia esset prima Philosophia, teste Aristotele lib. 6. Metaphy. cap. 1. tex. 3. & lib. 11. cap. 6. ergo prima Philosophia sola immaterialium substantiarum consideratione à Physiologia distinguitur; proindeque Metaphysicus neque accidens, neque substantiam in commune sumptã contemplatur. Quare cū hæc incognita relinquere nõ debeant; nec verò præter Physicũ alius sit artifex, cui eorum cognitio iure demandanda sit; planè sequitur in ijs etiam Physicum versari; atque adeo Physiologiæ subiectũ haudquaquam naturalium rerum terminis circũscribi.

3. argu. Tertiò, Nulla scientia probat subiectum suum esse, sed id tanquã notum sumit, vt constat ex 1. Poster. cap. 1. vbi Aristoteles supponendam esse ait de subiecto prænotionem quod sit. At in 6. lib. huius operis cap. 3. tex. 32. probatur corpus mobile esse. Nullo igitur pacto corpus mobile subiectum Physicæ dici potest. Quòd si quispiã occurrat, non probari loco citato corpus mobile esse; sed omne mobile esse corpus; instat, atque vrget Caietanus in sua illa disceptatione de subiecto Naturalis Philosophiæ in hunc modum. Nulla omninò ars, cuius subiectum complexum est, complexève significatũ,

pro-

male
Philosophicum ingenium rerum esse oportet, non verborum.

Preoccupatio

probat coniunctionem partium, è quibus subiectū ipsum coalescit; alioqui iam ipsa sibi subiectum conderet, ac definiret, quod nulli particulari scientiæ conceditur; (omnes enim id traditum sibi à cōmuni scientia, artiumque omnium regina accipiunt) sed Physicus, vt aduersarij fatentur, probat coniunctionem mobilis cum corpore. Igitur non potest sibi corpus mobile tanquam subiectū vendicare.

Quartò, Si ens mobile esset subiectum Physicæ, sequeretur, Philosophum Naturalem nō abstrahere considerationem à materia; atqui abstrahit; cum in libris de anima contempletur naturam animæ rationalis, quæ non dependet à materia. Aliud igitur Physicæ quærendum est subiectum; quod videlicet partim à materiæ concretione liberum sit, partim eidem necessariò cohæreat.

Quintò, Astrolog⁹ differit de ente mobili, vt mobile est; ergo ens mobile non determinat Physicam ab alijs disciplinis. Probatur assumptum; quia vt constat tum ex ijs, quæ in Astrologia docentur, tum ex Aristotele 1. Metaph. c. 7. tex. 19. & 10. Metaph. c. 2. tex. 4. & ex Proclo in primum librum Euclidis; Astrologus non solum contemplatur cælestium corporum figuram, à terrâque distantiam; sed etiam motum. Quare etiam Astrologus ens mobile, qua mobile, licet non totum, saltem ex parte considerat.

Sextò, Motus non est propria entis mobilis affectio; falsum est igitur, quod in confirmanda conclusione superius diximus. Probatur antecedēs, quia quantitas extra materiā diuinitus cohærens mouetur, vt patet in diuina Eucharistia; & angeli etiam locum mutant; cum tamen hæc non contineantur sub ente mobili, vtpote, quæ ex materia, & forma non consistunt.

Septimò, Quantitas, & quies videntur esse potiores entis mobilis proprietates; siquidem illa est fundamentum reliquorum materialium accidentium; hæc vero, est finis motus, saltem localis: omnis autem finis præstantior est eo, quod ad finem dirigitur, vt liquet ex ijs, quæ docet Aristoteles 2. huius operis, c. 3. tex. 31. adde quod Pythagorei in bonorum genere statum seu quietem, in malis vero motum posuerunt. Non rectè igitur asseruimus motum præcipuam esse entis mobilis affectionem.

ARTICVLVS III.

OCCVRRITVR PRO-

ximi articuli argumentis.

HÆc tamen argumēta haud quaquam nos debēt à suscepta de Physiologia subiecto opinione reuocare. Quare ad primum respōdemus tametsi ens in cōmune respectu substantiæ, & ens secundum naturam collatum ad ens mobile, aliquam inter se habeāt

E simi-

*se a se*Metaphysicæ
est cæteris di-
sciplinis sub-
iecta distribu-
ere.*sciera*

4. argu.

5. argu.

6. argu.

7. argu.

Oscio

Sol.

Sol.

similitudinis rationem, prout vtrūlibet superius quidpiā est eo, cui comparatur: tamen quod ad propositum argumenti attinet, plurimum inter se differre. Enimverò præcipuæ affectiones Metaphysicæ, vt vnum, verum, cæteræque eiusmodi, non substantiæ, sed enti in communè primò competūt: at Physicæ proprietates, vt esse motui obnoxium, esse affectum quātitate, circumscribi loco, cæteræq; id genus, enti naturali, non verò enti secundum naturam, primò cōueniunt. Quapropter cum id scientiæ cuiusq; subiectum existimari debeat, in quod primò cadunt præcipuæ, quæ in ea tractātur, affectiones; cōsequens est, vt subiectū primæ Philosophiæ rectè constitutum sit ens in commune; Physiologiæ verò ens naturale, non ens secundum naturam.

Solu. 2. Ad 2. Fatendū est cum Arist. loco cit. si nullæ omnino forent immateriales substantiæ, nullā futuram primā Philosophiā, verū non ex eo, quia Metaphysicus solas substantias à materia liberis contēpletur; aut quòd earū duntaxat consideratione à Naturali Philosopho distinguatur; sed quia eiusmodi substātijs è natura rerum omnino sublatis, ens mobile reciprocetur cum substātia in cōmune, omniāq; accidentia, ac totā entis amplitudinem in se vno cohiberet. Quo dato nihil iam primæ Philosophiæ cōsiderationi reliquū esset, vnde apud veteres Physicos, qui nihil nisi materia cōcretum agnouerant, Philosophia Naturalis dicebatur prima Philosophia. Patet ergo ex dictis nequaquam censuisse Aristotelem generalem substātiæ, entisve conceptum ad Naturalem Philosophum pertinere.

Veteres naturæ interpretes Physiologiam à Metaphy. nō distinxerunt.

Solu. 3. Ad 3. Cōcessa maiori propositione (cuius vberior explicatio est apud Scotū i. Metaph. q. 1. & Ferrariensē ad cap. 12. lib. 1. contra gent.) Negandum est probari ab Arist. lib. 6. vel dari in rerū natura corpus mobile; vel omne, quod mouetur, esse corpus; sed dūtaxat omne mobile partibus constare, ac diuiduū esse; quod fuerat ab antiquis negatum. Leucippus enim, & Democritus corpuscula quædam insectilia simul, & mobilia, è quibus res omnes coagmetata essēt, inuexerūt. Esse autē loco cit. hunc, quē dicimus, non quem aduersarij contendunt, Aristotelicæ probationis scopū, facile videbit, qui illius disputationis filū perpenderit, vbi Arist. longam argumētōrū feriem hisce verbis concludit. $\phi\alpha\nu\epsilon\rho\nu\ \xi\nu\ \acute{o}\tau\iota\ \pi\acute{\alpha}\nu\ \tau\acute{o}\ \mu\epsilon\tau\alpha\beta\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\nu\ \acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\ \delta\iota\alpha\iota\rho\epsilon\tau\acute{o}\nu$. id est, Patet igitur omne, quod mutatur, sectile esse.

Itē apud Antonium Andream i. Metaphy. Zimaram in theor. propo. 53. Auerroem hoc lib. cōm. vlt.

Obiectio. Siquis verò hic opponat (quod cōtra omnes ferè de subiecto Physiologiæ sententias afferri potest) Aristotelem primò huius operis ostendere, in quolibet composito Physico dari duo principia cōponentia, videlicet, materiā & formā; atq; adeò probare partes entis mobilis, siue ètis naturalis; & quod inde cōsequēs est, nō supponere esse ens mobile, siue ens naturale. Quod tamē ceteri artifices in suarū artiū subiectis faciūt: occurrēdū erit probare quidē Arist. loco citato dari materiā, & formā, è quibus ens mobile cōstituitur; eosq; oppugnare, qui naturæ pricipia demoliebātur; verū assūpta Metaphysici

Solutio.

per

indivisiua. Quod
includitur.

Lehuja?

sona, vt ipse admonet tex. 8. cap. 2. & Auicenna i. suffici. c. 2. Quo pacto neq; Arist. negat fieri debere, neq; est à Philosophorū cōlue- tudine alienum, demonstrare, eius scientiæ, in qua versantur, sub- iectum esse; vt præter alios aduertit. Caiet. in commentarijs i. par. ad art. 3. quæst. 2.

Lege Auer- roë 3. de ani- ma cōm. 17. M. Alb. 1. de ani. tract. 1. Iandunū ibi- dem q. 2.

Ad 4. Vt respondeamus, obseruandum est in speculatione animæ rationalis tria occurrere, scilicet ipsam animæ essentiã absolūtè spe- ctatam; eius statum in corpore; statum eiusdem extra corpus. Re- iecta verò longiori huius rei disceptatione in primum librum de ani- ma; paucis interim respondemus, cognitionē animæ rationalis ter- tio modo sumptæ propriam esse primi Philosophi, cuius est contē- plari intelligentias, in quarum illa statum, suo modo, transit cū ab- scedit à corpore. Primam verò, & secundam considerationem pro- priè atque ex officio ad Naturalem Philosophum pertinere. Primã quidē, tum quia anima, etiã rationalis, habet secundum suã quid- ditatem, respectum ad materiam; tū quia ad Physicum spectat scru- tari hominis essentiam, quæ, nisi cognita animæ natura, intelligi nō potest. Secundã verò, quia anima in hoc vitæ statu est actu pars ho- minis, egētque materia; tū ad officium informãdi, tū ad actiones suas obeundas. Ad arg. igitur concessa maiori propositione, negan- da est minor; & ad eius probationem dicēdum, esto anima rationa- lis possit per se, ac seorsim consistere; pendere tamen à materia eo modo, quo diximus, itēque secundum suam naturam habere or- dinem, ac respectum ad corpus, cuius est forma. Quod satis est, vt Philosophus Naturalis nō dicatur abstrahere à materia, dum in ani- mi cōtemplationem incumbit; cum re vera consideret materiam, ad quam ille animæ respectus terminatur.

Solu. 4.

Multiplex animæ ratio- nalis conside- ratio.

Cælestis mo- tu theoria cu- 19 sit artificis

Ad 5. Negandum est, quod assumit. Nam licet Astrologus cæle- stem motum speculetur, non proinde ens mobile, qua mobile est considerat; primū quia cælestium corporum essentiam, & causas minimè curat: deinde, quia neq; motum expendit, vt est actus entis in potentia; sed secundum Mathematicas rationes, vt secundum nu- meros, æqualitatem, mensuram, propinquitatem, æqualitatē, aliãque eiusmodi attributa. Qua de re lege Simplicii 2. huius oper. ad tex. 16. Alcinoū in libro de doct. Plat. c. 6. Auerroë 2. de cælo cōm. 57. & 1. Metaphy. comm. 9. Gregorium in 1. d. 24. q. 2. art. 2.

Solu. 5.

Astrologus nō cōtemplatur motum, vt est actus entis in potentia.

Abstrahat

Ad 6. Dicendum quantitatem extra corpus diuina virtute coha- rentem, moueri per se, & vt quod; id tamen nō ex natura sua habe- re; sed vi antecedētis miraculi, quo obtinuit vt per se esset. Nos verò cū motū enti mobili duntaxat conuenire dicimus, de naturali tā- tū loquimur cōuenientia. Quod autem ad angelorum spectat la- tionem, dicendum eam non esse motum Physicum, de quo hīc agi- tur; cum angeli expertes sint molis corporeæ, sine qua nihil Physi- cè moueri posse docet Aristoteles 6. huius operis.

Solu. 6.

cognitionem

Ad 7. Respōdendū est, etsi quantitas permanēs in se sūpta motu

Solu. 7.

præstantior sit, nihilominus motui inter affectiones entis naturalis principē locum tribui à Philosophis, propterea quòd) vt videre est in 8. huius operis cap. 3. tex. 22.) sit passio magis Physica, vtpote per quam rerum naturalium essentia, gradus, & species disquiri, atque explicari consueuerunt; adeò vt motus, omnis penè Philosophicæ cognitionis magister habeatur. Ad id verò, quod de quiete obijcitur, dicendum quietis nomen, vt annotarunt Scotus in 4. sent. d. 48. q. 2. & Durandus ibidem quæst. 3. bifariam vsurpari, vno modo, pro sola motus priuatione: altero, pro existentia mobilis in patria, ac naturali sede; & quadam veluti fruitione & tràquillitate, quã in ea obtinet, dum illic sese melius tuetur, & in suo esse æquabilitatem habet, atque ordinē, pulchritudinēque vniuersi, quoad eius fieri potest, conseruat. Si igitur quies in hunc posteriorem sensum (sic de illa Pythagoræi loquebantur) capiatur, admittendum est eã finem esse motus, eoque perfectiorē: sed enim id neutiquam obstare, quominus adhuc motus, affectio sit magis Physica, ob eam causam, quam paulo ante retulimus. Atque hinc est quòd Physiologiæ subiecto non quantitas, non quies, non locus, non tempus, non alia eiusmodi affectio; sed motus duntaxat, appellationem dedit.

Q V Æ S T I O. V.

Q V E M O R D I N E M, L O C V M,
ve Naturalis Philosophia inter cæteras
disciplinas obtineat.

A R T I C V L V S I.

D E D O C T R I N Æ O R D I N E.



Oniam Naturalis Philosophia tum doctrinæ, tum dignitatis ordine cum reliquis scientijs conferri potest; cuius comparationis intelligentia ad ritè Philosophandum non parum cõducit; minimè erit ab instituto alienum, hac etiã de re in præsentia disputare. Omisissis autem cæteris artibus, Philosophiam Naturalem cum Mathematica, Morali, & Metaphysica solummodò conferemus.

3. conclu.

Prima Concl. sit. Mathematica doctrinæ ordine est prior Philosophia Naturali. Hęc est Hugonis Viçtorij in prologo cęlestis Hierarchiæ, & lib. 2. Didascalon cap. 18. D Tho. in opusc. 70. q. 5. art. 1. & 8. cap. lib. 6. Ethic. Est etiam Henrici Gandauensis in summa art. 7. q. 7. Simplicij hoc loco, & aliorum complurium; videturq; Aristotelis 6. Eth. cap. 8. vbi ait puerum posse fieri Mathematicum; sapientem, vel Physicum non posse. Idem confirmat veterum in tradendis disciplinis consuetudo. Plato enim (vt de cæteris taceamus)

De ordine traditi disciplinas scripsit Boetius in lib. de doctri. scho-lariũ. Plutarch, in lib. de contrarietãtibus Stoic. Philo Iudæus in lib. de agricul. D. Augustinus lib. de ordine.

eos

eos, qui Mathematicis imbuti non essent, ac praesertim qui se prius in Geometrico pulvere non exercuissent, à gymnasio arcebat inscriptis Academiae foribus hisce verbis $\mu\eta\delta\epsilon\iota\varsigma\ \alpha\gamma\epsilon\omega\mu\epsilon\tau\epsilon\pi\tau\epsilon\tau\epsilon\ \&\ \epsilon\iota\sigma\iota\tau\omega$, id est nemo huc ingrediatur ignarus Geometriae. Atque inde etiam est, quod idem Plato 7. lib. de Repu. Mathematicas vocat $\pi\rho\omega\alpha\iota\delta\epsilon\iota\alpha\varsigma$ quasi priores institutiones, quibus adolescentum animi ad reliquos doctrinae fatus praerexercentur, & excoluntur. Stabilitur postremo conclusio ex eo, quia in comparandis Mathematicis minus negotij est; unde & propter addiscendi facilitatem commune disciplinarum nomen apud Graecos fecere suum. At Physica cum reconditam naturae vim scrutetur, & à vaga, atque errabunda sensuum notitia, magna ex parte pendeat, longi temporis observationem, ac experientiam requirit, proindeque multo est difficilior, & operosior.

Secunda Concl. sit. Physica doctrinae ordine est prior, quam Moralibus Philosophia. Hanc amplexi sunt Chrysippus, Archedemus, Boethus, Sidonius, & Eudemus referente Laertio in vita Zenonis, & Ammonio in Prooemio ad Categorias. Item D. Tho. ad cap. 8. lib. 6. Eth. lect. 7. Suadetur verò primum ea ratione, quia in ijs, quae ad vitae disciplinam, & regendas, ac moderandas hominum voluntates pertinent, fallacior est, & incertior, ac magis ardua experientia; quàm in Physicis, multoque maturiori iudicio opus est ad eorum intelligentiam, quibus componendi sunt mores, regenda familia, instituenda Respublica. Quò spectat illud Aristotelis 1. Ethic. cap. 3. iuuenem haudquaquam idoneum esse Moralis disciplinae auditorem: quia nimirum in perturbationum regno non potest esse firmum de rebus agendis iudicium; dumque reciprocante cupiditatum aestu animus fluctuat, quo pacto vitij imperandum sit, non capit; sed post adeptam quietem prudens fit, ac sciens, ut in 7. huius operis lib. c. 3. tex. 20. docuit Aristoteles imitatus Platonem in Cratylo. Confirmatur etiam conclusio ex eo, quia ut Alexander, Simplicius, & Averroes initio huius operis, imo & Aristoteles cap. ultimo libri primi Eth. admonent, multa ex naturae fontibus, & Physicae veritatis contemplatione ad Moralem disciplinam necessariò petenda sunt, ut quid sit anima. Nec enim, ut Plato ait in Alcibiade primo, scire possumus quomodo aliquid curandum sit, nisi eius naturam cognitam atque exploratam prius habemus; at Moralis Philosophia animae medicatrix est. Praeterea oportet Moralem Philosophum à Naturali sumere quae sint animae facultates; ut quae, quibus subditae esse debeant, & in quarum actione beatitudo posita sit, edoceat. Quocirca Aristoteles in formanda morum scientia, Physiologiam tanquam illius parentem saepe adhibet, & Plato loco proximè citato, statuit à Philosophia adiuris prudentiam incedendum esse.

Tertia Concl. Metaphysica doctrinae ordine omnium scientiarum postrema est. Haec conclusio de ijs tantum scientijs, quae humani ingenij facultate comparantur, intelligi debet. Eam verò tradidit Aui-

cenna

Mathematice ignaros arcebat. Fla. à Museo.

Mathematice iuuant ad perceptionem aliarum artium.

2. concl.

Maturiori iudicio opus est ad Moralem doctrinam quam ad Physicam.

Moralis philosophia animi medicina est.

3. concl.

Instituitur.

se exorati

+ se magis

se cultiu.

anda
la mone
alcanada.

esadidas.
Cōfirmatio.

Philosophus
per alias sci-
entias grada-
tim ad Meta-
physicā ascen-
dit.

cenna primo suæ Metaph. cap. 3. D. Thom. 1. contra gent. cap. 4. Aegidius in proœmio huius operis, M. Albertus 1. Metaph. tract. 2. cap. 10. ac cæteri ferè Peripatetici communi assensu; facileque ex eo comprobatur, quia doctrinæ ordo postulat, vt quæ sciētia res maximè abstrusas, & à sensuum consuetudine remotas considerat; ea postremo loco addiscatur: ita verò sese habere Metaphysicam nemo ignorat; cum circa transnaturalium rerum contemplationem occupetur, vt vel ipsū eius nomen indicat, testaturque Aristoteles 1. Metaph. cap. 2. & 1. de partibus animalium cap. 5. Adde quod eorum, quæ in alijs scientijs pertractantur, notitia ad diuinam Philosophiā animum præparat, & acuit, vt D. Augustinus 2. lib. de ordine ediferit, aiens humanam rationem, cum ad ea, quæ supra naturam sunt agnoscenda aspiraret, ne ascensum frustra moliretur, neve de alto caderet, inferiores disciplinas sibi tanquam gradus parasse.

ARTICVLVS II.

QVIBVS ARGVMENTIS PRO-
ximi articuli conclusiones oppugnentur.

1. obiectio cō-
tra 1. cōclu.

VNaquæque earum conclusionum, quas proximè statuimus, suos habet oppugnatores. Prima Albertum Magnum hoc loco, Ammoniu initio prædicabilium, & his antiquiores Plotinum, & Boethum, contendentes Mathematicam doctrinæ ordine Naturali Philosophia posteriorem esse. Quorum placitum hisce argumentis suadetur. Ab vno extremo ad aliud non potest esse transitus nisi per medium: sed Mathematica est media inter Physiologiā, & Metaphysicā: ergo inter utrāq; perdiscēda est. Probatur assumptio; quia Mathematica vendicat sibi mediā abstractionem; siquidem Physiologus cōsiderat ea, quæ nec re, nec ratione; Metaphysicus, quæ ratione & re; Mathematic⁹, quæ non re, sed ratione abstrahuntur à materia: atque ita Mathematicæ abstractio partim duabus alijs disidet, partim cum iisdem, vt medium cum extremis, cōuenit. Huc pertinet quod Pythagorici, & eorum doctrinæ æmulus Plato, Mathematicas disciplinas medio diuinarum & Naturaliū interstitio collocarunt.

2. obiectio.

Deinde ita disputant. Cū omnis nostra cognitio à sēsibus oriatur, ea sciētia prius acquiratur, quæ de rebus sensui vicinioribus agit: sed Physica est eiusmodi; quandoquidem tractat ea, quæ primò sub sensum cadunt. Igitur ante scientias Mathematicas comparāda erit.

Secundam etiam conclusionem improbarunt Themistius initio huius operis, Eustratius 1. lib. commentariorum in Ethica Arist. & ante hos Zeno, & Diogenes Babylonius, rati minimè conuenire, vt qui Philosophiæ studia sequuntur, prius ad naturæ, quàm ad morū

scien-

scientiã animũ accõmodent. Poterit verò p hac sententia huiusmo-
di confici argumentum. Nemo rectè philosophatur nisi morum ho-
nestate præditus sit; sed ad hanc erudit, atq; informat Moralis disci-
plina. Ea igitur prius quæreda est. Maior propositio ostēditur; quia,
vt experiētia docet, & Philosophi cõmuni assensu dicūt, vitia men-
ti cæcitatem, ac tenebras offundunt; & ne veritatis lucem cernat, im-
pedimento sunt. Vnde Plato in Phædone affirmat philosophari ne-
minem posse, nisi se quam maximè fieri possit, ab affectibus seiun-
gat. Et Seneca eum, qui dum literis nauat operam; cupiditatibus, ac
vitijs seruit, ait non Philosophum euadere; sed philologum, idest
sophistam, & popularis auræ vile mancipium.

Contra 2. cõ
cl. obiect.

ornado.

Vt Mirandu-
lanus lib. 20
de singu. cert.
sect. 2.

Postremò, tertiam conclusionem reiiciunt è Neotericis Philoso-
phis nonnulli, asserentes Metaphysicam doctrinæ ordine absolutè,
ac simpliciter priorem esse reliquis disciplinis. Primùm, quia consi-
derat supremas rerũ causas, nēpe Deum, & intelligentias, itēmq; ge-
nera summa, & transcendentia, quorum omnium cognitio ad subie-
cta aliarum scientiarum distinctè percipienda necessaria est; cū ne-
mo perfectam alicuius rei intelligentiam habere dicatur, nisi causas,
à quibus pendet, & communia eius prædicata, intelligat. Deinde,
quia reliquæ scientiæ subalternantur Metaphysicæ, vt sentit Plato
7. de Rep. Proclus lib. 1. cõment. in Euclidē, & tūm alij graues Pe-
ripatetici, tūm D. Thomas in tractatu de natura generis, si tamē eius
est illud opus. Quare cū scientia subalternans ordine acquisitio-
nis simpliciter prior sit, quam subalternata; siquidem huius princi-
pia, ab illius principijs dependent; conspicuum videtur Metaphy-
sicam doctrinæ ordine omnium scientiarum primam esse.

Contra 3. ob
iectio. 1.

Modernor

2. obiect.

ARTICVLVS III.

SUPERIORVM AR-

gumentorum explicatio.

TAmetsi pposita argumēta in speciē probabilia sint; re vera ta-
mē nō cõcludūt. Quare ad primũ dicendũ Mathematicæ ab-
stractionem mediam esse, quatenus cum abstractione Physi-
cæ, & Metaphysicæ, tanquam medium cum extremis conuenit, vt
probat argumētum: non proinde tamen effici, vt disciplina Mathe-
matica ordine acquisitionis inter Physicam, & primam Philosophiã
constituenda sit; quemadmodum ex eo, quod puniceus color inter
candidum & atrum interiaceat; haud continuo sequitur antequam
corpus puniceo colore perfundatur, debere prius albescere. Itaque
possunt Mathematicæ artes, quoad abstractionem dici mediæ; quo
pacto eas Plato, & Pythagorei medias vocarunt; non tamen secun-
dum doctrinæ ordinem, de quo agitur.

Solu. 1. con-
tra 1. conclu.

Noxo
Negro
se orjad

Ad

Solu. 2. Ad 2. Dicendū si ea, quæ prius sensui occurrunt, explicatu difficiliora sint, ac plus experientia requirent, quo pacto se habent res Physicæ comparatæ cum Mathematicis, tunc eiusmodi rerum doctrinam non prius, imò posteriùs acquirendam esse, quàm earū, quæ à sensu longius absunt. Adde nō omnia entia Physica sensui viciniora esse, quàm Mathematica: siquidem essentia entis mobilis, vt quātitatem origine antecedit, res Physica est: & tamen à sensuum notione magis distat, magisque in recessu naturæ latet, quàm Mathematica quantitas.

Solu. obiect. cōtra 2. cōcl. Ad argumentum verò, quod secundam cōclusionem oppugnabat; respondendum est, licet negari non debeat vitæ probitatem ad capeffendas disciplinas multum conferre, dum sedandis animi affectibus mentem purgat ad contemplandum; non ex eo tamen necessariò colligi Moralē doctrinā Physiologiæ præire: tū quia nō pauci vitij infecti scientias comparant; tū quia morum probitas non solum Philosophatium præceptis; sed etiam, ac multo magis, priuato studio, domestica disciplina & aliorum exemplo, alijsque ad id appositis medijs, accedente diuina ope, adipiscitur.

Solu. 7. arg. aduersus 3. cōcl. Quæ verò contra tertiam cōclusionem obiecta sunt, ita diluētur. Ad primum respondendum est perfectam scientiæ adeptionem duplicem esse; vnā in suo duntaxat genere perfectam; alteram omnibus numeris vndique absolutam, & exquisitam. Si igitur de hoc posteriori sciendi genere loquamur, cōcedimus Metaphysicam doctrinæ ordine, tam Physicæ, quàm cæteris Philosophiæ partibus antecire, vt probat argumentum, fateturque D. Thomas ad initium huius operis: si de priori, quod nostra cōclusio intelligebat, negamus; Ad cuius rei maiorem explicationem lege quæ in prima quæstione huiusce proemij differuimus. At enim cū Metaphysica, posteriori

Occurritur dubitationi. illa consideratione, omnium disciplinarum prima sit, meritò quispian roget cur non eam primam, sed vltimam esse nostra conclusio absolute pronūtiarit. Cui dubitationi occurrendum est, eius rei causam fuisse, quia philosophi de priori doctrinæ genere, quod cōmunius ac frequentius est, ferè loquuntur. Deinde quia ea scientia doctrinæ ordine absolute prior censetur, quæ tractat res nobis simpliciter promptiores, magisque ad intelligendum faciles, quarum cognitio ad sequentium cognitionem præparet, & quasi viam muniat; ita verò se habere Mathematicam, & Physicam comparatione primæ Philosophiæ constat ex dictis.

Solu. 2. arg. aduersus 3. cōcl. Ad 2. Contra eandem concl. si de germana, & perfecta subalternatione, qualis 10. cap. lib. 1. posteriorum describi solet, sermo sit; dicendum est Metaphysicam non subalternare sibi alias scientias. Vt enim rectè disputat A. Egidius hoc loco, Herueus in prolog. sent. q. 6. & Soncinas 4. Metaph. q. 9. Omnis scientia propriè, ac perfectè subalternata, capit à subalternante suarum conclusionum principia, teste Aristotele 1. Post. loco citato: at nemo nescit reliquas discipli-


nas

aprouentur m. em aplacar. in dicitur

accommodari se alia

Lege Scot. in 1. d. 3. q. 2. §. 2. probat.

facit caminib.



Hanc etiā ra-
tionē affert
Trōbeta 11.
Metaph. q. 1.
Niphus in p
log. huius ope-
ris, lauell 9 1.
Metaph. q. 2.

as multa habere sibi propria, ac peculiaria principia, quæq; à prima Philosophia non desumant. Secundò idem ex eo concluditur, quia principia, quibus subalternatæ scientiæ vtuntur, demonstrari solent ostensiuâ demonstratione, & per causam in subalternantibus; at in cæteris disciplinis non pauca sunt principia immèdiata; quæ proinde eiusmodi demonstrationem haud quaquam subeunt. Non insciamur tamen reliquas scientias, Metaphysicæ imperfectè subalternari; tum merito finis, quatenus prim⁹ Philosophus differit de supremo fine, ad quem omnes inferiores scientiæ tandem respiciunt: tum etiam, ut cūque, ratione principiorum, prout eidem incumbit eos, qui sophisticæ contentionis studio disciplinarum principia negant, coarguere, & ipsa principia demonstratione ducente ad incommo- dum, si opus sit, demonstrare. Ac de huiusmodi subalternatione locuti sunt auctores in argumento citati. Quæ tamē nō sic reliquas scientias primæ Philosophiæ subijcit, ut earū principia ab illius principijs absolutè dependere existimanda sint. Quo fit ut ex prædicta subalternatione concludi nequeat Metaphysicam ordine doctrinæ reliquas disciplinas simpliciter anteire.

ARTICVLVS III.

DE ORDINE DIGNITATIS
inter Physicam, & reliquas partes Philosophiæ.

Quoniam modo Physica, si doctrinæ ordinem, ac methodum spectemus, cæteras Philosophiæ partes antecedit, sequaturve, superiori disceptatione planum fecimus; proximum est, ut quem dignitatis locum inter easdem obtineat, explicemus. Porro contemplatricis dignitas scientiæ, ex comparatione tam ad eas, quæ in opus feruntur, quàm quæ in contemplatione consistunt, dignoscitur. Et ipsæ contemplatrices inter sese, tum propter subiectæ materiæ præstantiam; tum ob demonstrandi certitudinem, & euiden- tiam, aliæ alijs excellent, ut 8. Topic. cap. 2. & initio librorum de anima Aristoteles docet.

Sit igitur 1. concl. Si Physica cum practicis disciplinis comparetur, simpliciter eis dignitate præferenda est. Probat, primùm, quia contemplatiuæ scientiæ, è quarum numero Physica est; cum in sola rerum inspectione versentur, propter se expetuntur, ut constat ex 1. Metaph. c. 2. id autē, quod sui gratia expetitur, ut etiam liquet ex 1. Eth. c. 7. præstantius, honorabiliusque est; utpote quod nō habet aliunde pendentem dignitatis suæ rationem. Deinde, quia scientiæ inspectrices proximè attingūt speculatinam hominis felicitatē, quā optimo iure practicæ anteposit Arist. 1. Eth. c. 6. 7. & 8. Et verò 12. Meta. c. 7. tex. 39. alijsq; in locis post Platonē in Philebo, & 5. de Rep. contemplationē actioni præferendā admonet; & disertis verbis 6. Metaph. c. 1. & 2. cū diuisionē sciētiarum in cōtemplantes agentes,

E

& ef-

Reliquas sci-
entias imper-
fectè subalter-
nari Metaphy-
sicæ.

The Qua

Reprobat

in conlact

1. concl.

in desijad, & quæ de

& effectrices tradidisset, contemplantibus principem locum dedit.

Obiectio.

Quod si quis obijciat, Moralē sciētiam incumbere ad vitæ disciplinā corrigendā, quod munus tāto est contēplatione vtilius ac magis necessariū; quanto nostra magis interest probè viuere, quā rectè contēplari. Præterea Politicam teste Arist. 1. Eth. c. 2. ordinare reliquas artes; ordinare autē superioris esse facultatis. Occurrendum erit munus doctrinæ Moralis, vt probat argumentū, fateturq; Arist. 6. Eth. c. 7. hominū societati vtilius esse, magisq; vitæ necessarium; non proinde tamen honorabilius, vel ad scientiæ rationem absolute præstantius. Honor enim, dignitasque scientiæ, qua scientia est, nō ex fructu, aut necessitate, sed ex modo, quo rē sibi obiectā, finemq; attingit, æstimari debet; quē modum eminentiorē esse in cōtemplatiuis, quam in practicis scientijs, ex dictis cōstat. Quod verò ad Politicā attinet, dicendum non sic eā reliquas scientias ordinare, quasi eis vel materiā, in qua versentur, vel speculandi methodū præfiniat, (id enim supremæ Philosophiæ propriū est) sed quatenus ad ciuile vsum, & vtilitatem eas accōmodat, statuens quæ artes, quo tempore, à quibus perdiscendæ, aut exercendæ sint, vt ibidē explicat Arist.

Dilutio.

Hæc autē ordinandi prærogatiua, nō tanti est, vt ob eā Politica cæteris disciplinis nobilior censerī debeat; cū ei ratio attingēdi finē & obiectū, præpōderet. Atq; hæc de cōparatione Physicæ cū practicis artibus in præsentī satis sint. Nūc eandē cū speculatricibus cōferam?

2. Conclu.

Sit 2. Concl. Si rei subiectæ præstantiā spectemus, dignitate prima est Metaphysica; secunda Philosophia Naturalis; extrema Mathematica. Huic assertioni, quatenus comparat Physicam cum Metaphysica, fidem facit Aristotelicum illud è lib. 6. Metaphysicæ, c. 3. tex 3. si substantiæ separatæ non essent, Physica esset prima Philosophia; itēmq; illud è septimo eiusdem operis lib. cap. 11. tex. 39. Physica est secunda Philosophia. Deinde vniuersim probatur conclusio hac ratione. Nā cū substantia in rebus primas teneat, præstantiores habentur eæ scientiæ, quæ circa substantiam, quam quæ circa accidentia, versantur: & inter sciētias prioris generis, illæ magis eminēt, quæ substantias à materia liberas, vtpote in altissimo rerum gradu collocatas, quàm quæ materiæ permixtas considerant; at Mathematica quantitatem, Physica materiales substantias, Prima Philosophia substantias materiæ expertes contemplatur.

3. conclu.

Sit 3. concl. Si demonstrandi certitudinem, & euidētiā expendamus, primus dignitatis locus Mathematicæ, secundus Naturali Philosophiæ, tertius Metaphysicæ debetur. Hæc assertio est D. Thomæ opusc. 70. in Boetium de Trinit. quæst. vlti. art. 1. & complurium aliorum. Intelligenda verò est de certitudine cōparatione nostri intellectus. Ac priorem quidē eius partē satis confirmat cōmunis Philosophorū vox, asserētium Mathematicas demonstrationes omnium esse firmisimas, quod testatur Arist. 1. Eth. c. 3. & 2. Metaphys. c. 3. Auerroes eodem loco, & Ptolemæus in prooemio

magnæ

De excellētia Metaphysicæ inter alias sciētias Platō in Philebo, & in 7. de Rep. Aristoteles c. 2. lib. 1. Metaphys. Proclus c. 4. lib. 1. comm. in Eucl. Simplicius ad tex. 8. lib. 1. Phys. Auerro. 1. de ani. cōm. 1.

a Est etiā Philo in q. de certitudi. scient. & partim Aegidij in prologo huius operis & q. 24. lib. 1. Metaph. partim Soncinat. 4. Meta. q. 14. Linconiesis. in posteriora c. 23.

trabalhar

qto mais nos zelena

Limite regras

Seja mais

He principal

3. conclu. consideramus

magnæ compositionis. Corroboratur item ex eo tota conclusio, quia consideratio Mathematica præterquam quod difficultatē non habet, ac nullius propemodum eget experientiæ; est à materia sensibili, motūque absoluta, atque ita minùs incerta. Naturalis verò totum studium ponit in rebus materia constantibus, mutationique obnoxijis, quarū affectiones magis reconditæ sunt, nec ita citra opinionū ambiguitatem, à nobis percipi solent. Quòd verò Metaphysica, prout in nobis est, (sic enim de illa in præfætia loquimur,) minorem, quàm priores duæ, certitudinem habeat; ex eo concluditur, quia res, quæ sub illius contemplationem veniunt, licet in se spectatæ altiorem certitudinis gradum obtineant, videlicet materiæ, atq; omnis mutationis expertes: tamen in hoc vitæ statu vix longo studio percipiuntur; earūque nonnullæ adeò excellentis naturæ sūt, vt in ijs mentis nostræ acies perinde ac noctuæ oculus in solis splendore hebescat. Quod 2. Metaphy. c. 1. tex. 1. & primo de partibus animalium c. 5. Aristoteles ait, luculentèq; ostendit Plato in Phædone & Theæteto.

quasi

fra de opinio
u obtinere sabet

Humanæ mē
tis acies sub
blimiū rerū
fulgore he-
belcit.

agudoy
coruia
se fald doto.

Hic si quis roget, è duabus Mathematicis, Arithmetica, & Geometria, quæ nā excellat? Respondemus Arithmetica. Nā si demonstrandi certitudinē spectemus, certior est, vt probat Aristot. 1. Metaph. c. 2. quia disputat de ijs, quæ priora, ac simpliciora sunt, hoc est de numeris, qui absque partium situ percipiuntur: Geometria verò de magnitudine, quæ sine eiusmodi situ nō cognoscitur. Si verò ad rei subiectæ nobilitatem attendamus; inde maior Arithmetice excellentia perspicitur, quia versatur circa numerū, qui vt est abstractior à materia, ita nobilitate magnitudinē vincit; tū quia numerorū subtilitates, proportionēs, ac mysteria nosse præclarū est humani ingenij opus, adeò vt Plato in Epinomide, & in 7. de Rep. dixerit prudentiā, atq; humanitatē omnē è medio eos tollere, qui Arithmetica è medio tollunt. Lege quæ in hanc sententiam scripsit Aristoteles in Problem. sect. 30. Problem. 5.

Solutio du-
bitationis.

Illud postremò in hac disputatione explicandum superest, cum scientiæ contēplatrices diuerso nobilitatis ordine sese mutuò præcedant, & alię præ alijs suā quandā habeant gratiam & pulchritudinem quæ, quibus absolute præferendæ sint? Dicendū verò Metaphysicā splendore dignitatis supra ònes absolute eminere; hāc subsequi Physiologiam; infra subsidere Mathematicas; ppter eā quòd subiectę rei præstātia solidior est, & illustrior, ac certitudini suapte natura præpōderat, vt constat ex ijs, quæ docet Arist. lib. 6. Metaphy. c. 1. tex. 2. & lib. 11. c. 6. alioqui, si ex demonstrandi certitudine nobilitas scientiæ absolute colligenda foret, certa notitia rei despiciatissimæ in maiori pretio, & admiratione habenda esset, quàm cognitio minus certa rei nobilissimæ; quod absurdum dictū est, & alienū à sententia Arist. qui primo de partibus Anim. c. 1. asserit scientiā de reb⁹ caducis, magis certā esse, sed min⁹ dignā, quā eā, quæ de reb⁹ æternis est.

Explicatio al-
terius dubi-
tationis.

Rebut
mai l'outras

Vilissima.

ellen-
taphy
er ali-
as Plat
Phile-
n 7. de
risto-
2. lib.
aphy.
s c. 4.
omm.
l. Sim
d tex.
Phy.
1. de
m. 1.
iā Pā.
a q. de
di. sci
partim
ij in p
huius
& q.
I. Me-
partim
n at. 4.
q. 14.
niēsis.
riora

Lege Bessari-
onem lib. 1.
cont. a Calū.
Plat c. 8. vbi
Geometriā
omnib⁹ Ma-
thematicis
certitudine à
teponit, non
rectè, vt pro-
bat etiā Sca-
liger exercit.
321. in Card.

DE DISTRIBUTIONE

Philosophiæ apud Aristotelem.

OMnes penè Philosophi, qui ante Aristotelis tempora & ingenij, & scientiæ laude floruerunt, ad vnam duntaxat, aut alteram Philosophiæ partem, in qua excellerent, animū intenderunt. Thaletē enim, Anaximenē, atq; Anaxagoram solius cōtēplatio naturæ detinuit. Pittacus, Periander, Solon, Lychurgus, Zeno. cæterique his similes, de Repub. gubernanda scripsere. Zeno omnisque Eleatica disciplina, in Dialecticæ præcepta incubuit. At Aristoteles nullam ferè omisit partem Philosophiæ, quam non summo studio quæserit, comprehenderit, scriptis suis illustrarit. Itaq; antiquiores longo interuallo post se reliquit, & Socratē etiam, ac Platonem præceptores suos, quos & sua secula, & omnis deinde posteritas admirata est, superavit. Socrates enim (magnus alioqui philosophus, & in quem omnes ferè philosophantium sectæ initium suæ disciplinæ retulerint, Platonici, Academici, Cyrenaici, Cynici, Peripatetici, Megarenses, Stoici) nullo disciplinarum ordine, vt Plutarchus in Aristotele refert, modò huc, modò illuc discurrebat; nec tam quid ipse sentiret, dicere, quàm aliorum sententias refellere visus est. Plato etiam, vir alioqui singulari, ac diuino ingenio, & multa, reconditâque doctrina; cum alios plerumque faciat differentes, Socraticam dissimulandæ scientiæ consuetudinem seruat, & ambiguitate lectorū animos distrahit. Quo fit, vt quid ipse senserit (quæ admodum D. August. 8. de ciuit. Dei cap. 4. ait) non facilè a quoquam dijudicari possit. Ita prorsus neque Socrates, neq; Plato, certum aliquod disciplinæ genus, vel omnibus numeris vndique perfectum, & absolutum; vel certa, & cōstanti asseneratione explicatū reliquit. Aristoteles verò seu Logicam, seu Physicam, seu Ethicem, aut aliam quāuis facultatem aggrediatur; ab ipsis rerum primordijs ad finem vsque perducta doctrinæ serie, mira ordinis elegātia, in suo quēque genere auditorem perfecte instituit; vt iure optimo bonarum artium parens, & Lapis lydius Philosophorum, dicatur.

Libros verò Aristotelis recenset Laertius in eius vita, eorūque summam ad quadringentos producit, de quibus nulla sit dubitatio; sed horum maior pars iniuria temporum intercidit; adeo vt nō plus centum viginti nunc extent. Quæ autem in ijs tractantur, ad quinque genera, seu capita reduci possunt. Pars vna, epistolarū, Poeticæ, & Rhetoricæ scriptionem cōtinet. Altera, differēdi præcepta. Tertia, Ciuilem, Moralēque doctrinam. Quarta, rerum Naturalium. Quinta, Transnaturalium scientiam. Cæteris autem hoc loco prætermisiss; ea, quæ Physiologiæ propria sunt, breuiter comprehensa sub vnum aspectum ponemus. Quam partem tanta diligētia, tā incredibili inuentionis copia, persecutus est Aristoteles; vt nihil

De præstatiā
doctrinæ &
ingenij Ari-
stotelis Laer-
tius in eiu vi-
ta Cic. 2. de
orat. Auerro-
es in præmio
Phys. Plinius
lib. 8. c. 16. &
lib. 18. c. 34.
Apollodor.
in Chro. Lu-
cretius lib. 3.
Cæli lib. 17.
c. 17. lectio-
nū antiqua-
rū & lib. 29.
c. 8. Fonseca
in præmio
Metaphys. 3.
capite. 3.

De libris Ari-
stotelis Plu-
tarchus in eiu
vita. de eiu-
dem biblio-
theca Strabo
15. libro suæ
Geograph.

Aristotelis
acerrim⁹ na-
turæ indaga-
tor.

ab

Suscipite

Socratem

affirmat.

ab eo terra, mari, cœlo omissum fuisse videatur. Vnde, etsi diuinarum rerum intelligentia à multis Platone inferior iudicetur; in naturæ tamē ratione omnium calculis primas obtinuit. Quod in causa fuit, vt cum tam Platonici, quam Peripatetici dæmonium vocarint; videlicet quòd res naturales orbi lunę subiectas, in quibus Dæmonum genus versari aiebant, optimè, & accuratissimè tractarit.

Eius ergo Physiologia in decem circiter partes distribuitur. Prima, quæ octo Physicorū libris cōtinetur, generatim differit de principijs, causisq; rerum Naturalium, & cōmunibus earum affectionibus. Secunda, libris de cœlo comprehensa, ad partes enti mobili subiectas descendit; agitque de totius vniuersitatis structura, & cōpositione, & de quinque corporibus simplicibus, cœlo nimirum, & quatuor vulgatis elementis, prout loci mutationē subeunt, definitamq; in mūdo sedē vendicāt. Tertia, quæ in libris de generatione traditur, explicat ea, quę dissolubilibus, & caducis rebus vniuersè conueniūt; cuiusmodi sunt generatio, corruptio, alteratio, accretio, mixtio. Quarta, quā libri Meteororū cōplectūtur, doctrinā exhibet de mixtis imperfectis, quæ Meteora vocantur, vt de niue, glacie, gradine, cometa, & ijs, quæ repercussu lucis apparent, vt iris. Huic annectenda erat tractatio de metallis, lapidibus, ac cæteris, quæ terræ sinu progignuntur; sed ea nō extat; licet partim in libris Meteororū, partim alibi, huius argumenti nōnulla sparsim legantur. Scripsit verò de metallis Theophrastus libros duos; de lapidibus vnū. Item de metallis Plinius lib. 33. & 34. Naturalis historiæ; & de lapidibus lib. 36. & 37. eadēque pertractat M. Albertus in suo opere de Mineralibus. Quinta, in libris de anima inquirat causas, & rationes tum animæ in communè, tum eius, quæ ratione, & intelligentia prædita est. Sexta, quæ est quædam veluti accessio ad libros de anima, disputat de generalibus partim omnium, partim quorundam viuentium affectionibus, vt de sensu, & sensili; de somno & vigilia; de vita, & morte; deque alijs id genus. Septima, quæ dicitur Animalium historia; de animantium varietate, & ingenio multa cōmemorat. Quod opus quia non subtilium demonstrationum aculeis; sed simplici narrationis filo contextum est; ad historiæ magis, quam ad scientiæ rationem spectat. Sequuntur postremò tres aliæ partes, quarū vna differit, inscribiturq; de partibus animalium: altera de animalium generatione: tertia de animalium incessu; & de animalium motu eodem fere stylo. Vniuersam verò doctrinam de animalibus, libros octoginta talentorum Græci nominant; quòd tantū Alexander impenderit ad obseruationem eorum, quæ in ijs pertractantur. Promiserat autem Aristoteles initio Meteororum acturum se de plantis, quod & se præstitisse 5. lib. de hist. anim. c. 1. ait; sed hi libri, temporum iniuria, ad nos non peruenere; imò neq; ad Alexandrum Aphrodisiensem, vt ipse cap. 4. libri de sensu & sensili testatur. Nam qui vulgò sub Aristotelis nomine circunferuntur, Aristote-

Lege Bessarionē lib. 1. cōtra Calūn. Plat. c. 3. & 7. Carpentariū in Alcinoū. Celiū Rhod. lib. 2. c. 11.

Inter opera Aristote. enumerat Lactantius librum vnum de lapidibus.

De hac re Plinius libro 8. nat. hist. c. 16. & Budey lib. 2. de affe.

Ipse notis de hōdōt tenet opus Aristotelem cur dæmonium vocarint

Distributio Physiologiæ Aristotelis. Lib. Physi. Lib. de cœlo.

Lib. de geni.

Lib. Mete.

Lib. Theophrasti de lapidibus, & de Metallis.

Lib. de ani.

Lib. paruorū naturalium.

Lib. de historia anim.

Lib. de partib. anim.

Lib. generat. animal.

De incessu anim.

De motu anim.

lib. de plātic.

stote-

2 qd se monē local m

Reverberacō s
se ouera de aiūte

ornada

agnitio 7.

de monim.

en le rta affe
sox cōtos aure
gabebat.

+ len.

2 qd se

andad e' no

stotelici fontis aquas non sapiunt, ipsaque ratio doctrinae, tituli pro-
dit falsitatem. Persecutus verò est hanc partem Theophrastus nouè,
qui nunc integri habeantur, libris, de historia plantarum; & sex alijs,
de plantarum causis; itemque Plinius à libro 12. vsq; ad vigesimū.

Liber de mū
do ad Alexā.

de lazoja

mus fuitada

Quod verò attinet ad librū de mūdo ad Alexādrū, illud monueri-
mus, non cōstare Aristotelis ne sit; an nō. Multi eū pro Aristotelico
citant, vt Iustinus Philosophus in sua Parænesi, Bessario libro 3.
contra Calumniatorem Platonis capit. 10. Fernelius lib. 1. de ab-
ditis rerum causis, Eugubinus libro 4. de perenni Philosophia, Io-
an. Pic. Mirandula libro 4. de Exam. vanit. capit. 1. Alij, etsi Pe-
ripateticum fateantur, Aristotelicū tamen esse negant, tum ob alias
causas; tum quòd eius dictio comptior sit, & floridior; adeo vt in-
terdum ad poeticas delicias progrediatur; quod ab Aristotelis gra-
uitate, & breuitate maximè est alienum. Et ex his quidē P. Victo-
rius eius auctore putat esse Nicolaū Damascenum; sed aperte errat.
Nicolaus enim Augusti temporibus vixit; at liber ille multò antè
ad Alexandrum Macedonem scriptus est. Alij à Theophrasto scri-
ptum putant. Nobis visum est in re omninò dubia potius senten-
tiam suspendere, quam aliquid asseuerare.

Denique illud etiam aduertimus, non paruum esse inter Aristo-
telis interpretes de nexu, ordineq; librorum, quos enumerauimus,
dissensionem; de qua tamen nihil in præsentia dicere satius existi-
mauimus.

Hac de re
Theophilus
Zimara in p
cem. ad lib.
de anima.

CVR LIBRI PHYSICORVM,

περὶ τῆς φυσικῆς ἀκοῆς, idest, de Naturali
auscultatione inscribantur.

Varia inscri-
ptio horum
librorum.

A Drastus in suis libris de ordine Aristotelicarum commenta-
tionum, tradit hoc opus à nonnullis de principijs nuncupa-
tū; ab alijs de Physico auditu; aliquos priora quinq; volumina
de principijs inscripsisse; reliqua tria de motu. Qua appellationis
varietate, & distinctione nonnunquam Aristotelem vltimū fuisse li-
quet. Totius tamen huiusce operis communior, ac vulgatiore titu-
lus est, de Physico auditu, seu de Naturali auscultatione.

Ve r. de ce-
loc. 5. tex 38.
& c. 6. tex. 54.
& in 3. eiusdē
ope. c. 1. tex. 5

Porro autem, cur tractatio hæc, Physica dicatur, planum est; vi-
delicet quia doctrinam, & explicationem eorum, quæ ad vniuersam
naturam communiter attinent, complexa est. Vnde verò Auscultationis
nomen acceperit, non conuenit inter expoſitores; vt videre
licet apud Auerroem, Philoponum, & Aegidium in hoc proœmio,
& Albertum tract. 1. c. 4. Omisſis tamen controuersijs, obseruatum
est, tum ab alijs; tū à Simplicio hoc loco, à Plutarcho in vita Alexā-
dri, à Cicerone 5. de finibus, à Clemente Alexandrino 5. Strom.
Aristotelem duo edidisse librorum genera (quam etiam scribēdi ra-
tionem

De his libris Ammonii in præfatione ad categ. Eustratii 1. Eth. c. vii. ex recētiōibus Vico mercatus hoc loco & initio Mete. Carpentarius in disputatiōe de ordine partiū Phil. & ad c. 5. lib. 1. de sapient. Agypt. Ludovicus Vives in censura de Aristot. oper.

tionē secutū fuisse Theophrastū refert Cicero loco proximè cit. & Galenus in fragmento Natural. facult.) vnū eorū, quos *ἐξωτερικους*, id est extraneos, seu populares nūcupauit; quorum ipse mentionem facit 1. de moribus ad Eudemum. cap. 5. & primo de Anima cap. 4. tex. 54. Alterum eorū, quos vocauit *ἀκροαματικους*, id est Auscultatorios, quorum item meminit in epistola ad Alexādrum, quam refert Gellius lib. 20. c. 4. addens morem fuisse Aristoteli Acroamaticæ disciplinæ exercendæ matutinum tempus in lyceo dare; exotericæ autem, vespertinum. Et verò priores libri faciliorem, ac minus elaboratam scribendi rationem continent; quales sunt ij, in quibus Poeseos, & Rhetoricæ præcepta, aut animalium historia traditur, Ideoque exoterici, seu extranei nuncupantur, quòd ad vulgi sensū, captūque accommodati sint, & interpretis vocē minus requirāt. Posteriores autem subtilioris Philosophiæ doctrinam à vulgari genere philosophandi, & popularibus sententijs abhorrentem complectuntur: atque ita Auscultatorij vocantur; propterea quòd & à discipulis maiori studio, attentionēque audiendi, & à magistris accuratius enarrandi sint. Ex hoc autem numero habentur libri omnes Metaphysici, & de anima, alijque nonnulli, & hi, quorum nunc explicationem aggredimur. Ex quo iam prædictæ inscriptionis ratio plana relinquitur. Cur autem hi potissimū inter cæteros Acroamaticos, hoc titulo prænotentur, causa esse videtur; quòd ad totam Physicam introducant, eiusq; prima fundamenta, & multas, ac difficiles quæstiones in se contineant; proindeque, vt hoc loco aduertit Psellus, peculiariter de magistro audiendi sint.

Libri Aristotelis exoterici.

Libri eiusdē Acroamatici

Eorū discrimen.

Cur Physicorum libri potissimū Acroamatici nūcupentur.

Lege Themistiū hoc lo. Gellium loc. cita. Bessari. in præfatione ad Meta.

Putat autem Simplicius hos esse libros, de quorū editione Alexander Macedo cu Arist. per literas exposulauit; cum non imperio tantū, & rei bellicæ gloria; sed scientia quoque cæteris mortalibus anteire cuperet; quam laudem ademptam sibi existimabat euulgata abditissimarum rerum, quæ in hoc opere continentur; explicatione. Plutarchus tamen in vita Alexandri non de his; sed de Metaphysicis, Regis querimoniam interpretatur.

Expostulatio Alexandri cū Aristotele.

publica

*crivada
credida*

DE ORDINE, MATERIAQVE librorum Physicæ auscultationis.

Antonius Miradulan. lib. 15. Monomach. a sect. 2.

Non defuere è recētioribus Philosophis, qui cōtenderēt Physicam à libris de cælo inchoari; octo verò libros Physicorum, Primæ Philosophiæ attribuendos esse, fuisseque in Philosophiæ vestibulo positos, non vt partem per se Physicæ cohærentem; sed vt Naturali disciplinæ in primis vtilis, ac necessarios. Eorū præcipua argumenta sunt; quia in hoc opere agitur de substantia, & de natura; de quibus prima differit Philosophia. Deinde, quia Metaphysici negotij est demonstrare non dari Platonicas formas, quæ per se

Opinio exestimantiū 8. libros Phys. Metaph. esse.

ad falsam

entrada

Eorum rationes.

se extra singularia cohæreant; sed alias à materia quidem abiunctas, veruntamen singulares: hoc autem demonstrat Aristoteles in 8. huius operis, dum ostendit perueniendum esse ad substantiam vnâ mutationis, & corporeæ molis expertem, à qua motus omnis deriuatur. Postremo quia initium librorum de cælo illustre continet exordium toti Physiologiæ planè commune.

Improbatio
superioris sen-
tentie.

Opinionem

Rationum di-
lucio.

de repente

Res subiecta
octo Physi-
corû libris.

Partitio huius
operis.

Aduersaria tamen sententia omnino vera est, quâ omnes tã Græci, quam Latini interpretes, & communis schola Peripateticorum amplectuntur, potestq; abundè confirmari testimonio Arist. qui in primo aditu huius operis differendum sibi ait de Physiologiæ principijs, quod in progressu lib. 1. disertè facit. Item quia tex. 8. & 12. docet nō esse huius disciplinæ, dogmata Parmenidis, & Melissi coguere; sed alterius superioris, idest, primæ, & diuinæ Philosophiæ. Accedit plana ratio; quia in toto hoc opere de principijs, & affectionibus entis mobilis potissimū differitur. Quæ verò pro contraria parte afferuntur, momentum non habent. Ac primæ quidem, & secundæ rationis explicatio satis liquet ex ijs, quæ superius quæst. 1. art. 5. & 6. docuimus. Summa est interdum Physicum, & Metaphysicum in eandem rem tractandam concurrere; vnūquemque tamen sub propria abstractione.

Ad 3. verò dicendum iccirco Arist. præclarum illud exordium libris de cælo apposuisse; quia explicato ente mobili in cōmune, nouam ingrediebatur tractationē, quâ ex abrupto inchoare nō debuit.

Itaq; statuendum hosce octo libros, Physicæ ausultationis esse; cæterisque Physiologicis doctrinæ ordine præire. Continent enim cōmunia principia, quibus tota Naturalis Philosophia innititur, explanationemq; entis mobilis absolutè sumpti. Is autem in tradendis disciplinis ordo esse debet, (sicuti in Procemio huius operis, & initio lib. de partibus animalium Aristoteles docet) vt ea primū, quæ maximè communia sunt pertractentur; deinde singula particulatim suis locis exponantur. Vnde facile iam erit intelligere materiā huic operi subiectam, esse ens mobile in commune, in suppositione simplici, idest, à suis partibus præcisum, atque in se duntaxat spectatū. Qua ratione distinguitur à subiecto 2. Physicæ, quod est ens mobile in suppositione absoluta, hoc est, tam secundum se; quam secundum suas partes consideratum, vt D. Thomas, alijque interpretes animaduertunt.

Quæ autem vnicuiq; libro subiecta res sit, paucis habeto. In primo, agitur de tribus rerum Physicarum principijs, materia, forma, & priuatione. In secundo, de natura & naturalium rerum causis. In tertio, de motu, & infinito. In quarto, de loco, vacuo, & tempore. In quinto, de speciebus, vnitatem, & contrarietate motuum.

In sexto, de diuisione motus in partes, ex quibus cōstat. In septimo, denique & 8. inuestigatur primus motor, eiusque attributa.

IN PRIMVM LIB.

PHYSICORVM

ARISTOTELIS,

Proœmium,

Legit D. August. in libro de natura boni c. 3. & in libris de ordine.



QVemadmodum in nature vniuersitate nihil ordine vel diuinius, vel ad speciem pulchrius inuenitur; ita nihil est, quod cuiq; doctrinæ maiorem afferat splendorem, & dignitatem, quæ rerum, quæ in ea traduntur, ordo, & dispositio. Cuius decessione omnia quasi artus sine neruis, nexuque iacent, & in futilem, ac turbatam confusionem dissoluuntur. Hinc illa in Aristotelis Physiologia continuata series, atque omnium partium sese mutuò, & decenter excipientium, quasi in vnius corporis structuram, cõspiratio. Quo certè Philosophus, alioqui, in Acroamaticis præsertim libris, minimè perspicuitatis affectator, illud est assecutus, vt rerum difficultatem artificiosa tractandi commoditate mirificè condierit, & quasi affuso lumine collustrarit. Hanc igitur doctrinæ suæ methodum, & seriem proponit Aristoteles in prima huius libri parte; quæ præfationem continet, & vno capite absoluitur. Secundã verò, quæ reliquis octo capitibus comprehenditur, totam ad rerum Physicarum principia inuestiganda confert: ita vt veterum ea de re placitis in medium adductis, principiorum numerum primò exquirat; deinde quæ tandè illa sint, explicet. Porrò Alexander Aphrodisiensis, initio libri secundi Metaphysicorum, opinatus est eum librum esse toti contemplatrici Philosophiæ commune proœmium: atque ad hunc locum attinere. Nobis tamen contraria sententia, quam omnes Græci, Latinique interpretes amplexi sunt, omninò probatur; maximè cum ea, de quibus Aristoteles eolibro disserit, non ad Physicam, sed ad primã Philosophiam spectent, vt erit legenti perspicuum.

Aristoteles diligentissimus ordinis observator.

Methodus de Ariq.

Capitulum

1. pronuntiata.
2. pronunt.



VM in omnibus doctrinis a) Adhibet hoc cap. quoddam futuri ordinis præludium; & quam doctrinæ methodum in conscribenda Naturali Philosophia sequi debeat, duobus pronuntiatis declarat; quorum utrumque accuratè confirmat. Primum pronuntiatum est. In hac scientia à principijs ad ea, quæ principijs constant, progredi oportet. Secundum, quod tradit text. 4. ita habet. A communioribus ad minus communia incedendum est. Prioris pronuntiati confirmationem ita ferè cõcludit. In omni doctrina, in qua sunt principia, causæ, vel elementa rerum, de quibus agitur, ex horum perceptio-

ne cognitio proficiscitur, ac sciencia: sed Physiologia est doctrina, in qua sunt principia, causæ, aut elementa naturalium rerum, de quibus in ipsa disseritur. In ea igitur ex horum perceptione cognitio, ac sciencia comparari debet, proindeque ab his initium capere necesse est.

b Principia, aut causæ | Est hoc loco nõ parua inter Latinos, Græcos, Arabesque dissensio quid sibi velint, quòue dissident tria illa, principium, causa, & elementum. Alexander Eudemum secutus, & D. Thomas per principium, causam agentem significari putant; per causam, formam & finem, per elementa, materiam Averroes & Albertus per principia, causam efficientem: per causas, finem: per elementa, formam & materiam intelligunt. Alij etiam hæc eam dicunt inter se rationem habere, ut primum latius pateat secundo, secundum tertio. In quo sensu interdum sumi apud Aristotelem patet ex cap. 1. 2. & 3. lib. 5. Metaphy. Sub hæc verò notione acceptum principium definitur tum aliter in libro Poeticæ cap. 7. & lib. 5. de generatione animalium cap. 7. tum hoc modo, lib. 5. Metaphy. cap. 1.

Definitio principij.

Causa quid.
Elementum quid.

Principium est id, unde aliquid est, fit, aut cognoscitur; scilicet non modo omnes causas, sed alia etiam multa, quæ causæ non sunt, principia nuncupantur; veluti terminus, à quo generatio progreditur, qui principium est generationis, non causa: item principium viæ, aliisque id genus complura. Causa verò est, quæ confert esse rei, vel fouendo, & suscipiendo, ut materia; vel informando, a quo actuando, ut forma; vel efficiendo, ut agens; vel finalizando (liceat enim ita loqui) ut finis. Elementum autem est ipsa materia. Denique recentium interpretum nonnulli assentunt, etsi horum vocabulorum unum ad unum genus causæ; aliud ad aliud interdum accommodatur; hoc tamen loco minime id fieri, neque ut fiat, ullam esse rationem. Itaque idem singula, & uniuersa significare; nec nisi ornatus, vel maioris explicationis gratia, tria pariter adhibita fuisse; ac si diceret Aristoteles, quomodocumque causæ nomenclatur, seu causæ, seu principia, seu elementa; ab ipsarum cognitione reliquorum intelligentiam pendere. Nam quod illa pro eodem interdum usurpentur, constat ex Timæo Platonis, & ex libro 6. Metaphy. cap. 1. text. 1. ubi Aristoteles docet in Mathematicis, & uniuersim in qualibet scientia contemplatrice principia esse, causas & elementa, id est, initia quedam doctrinæ; qualia sunt prima, & notissima effata, quæ dignitates appellantur, quibus cetera tanquam fundamentis innituntur. Non designari autem eo loci omnia causarum genera triplici illo vocabulo, inde perspicuum est, quod non omnes scientiæ causas omnes pertractant, aut ex omnibus demonstrant, ut annotauit hoc loco D. Thomas. Mathematicæ enim solam formam in demonstratione assumunt; Metaphysica, finem, formam & agens; Physiologia omnia genera causarum. Harum explicationum

ARISTOTELIS Physicorum.

LIBER PRIMVS. CAPVT. I.



VM^a in omnibus doctrinis, quarum sunt principia, aut causæ, aut elementa, cognitio, & sciencia ex horum cognitione oriatur d (scilicet quidem unumquodque tum nosse arbitramur, cum causas primas nouerimus, & principia prima, et usque ad elementa) patet Naturalis quoque sciencie ea primum definire enitendū esse, quæ ad principia attingunt.

Textus 1.

Insta

num

num postremę duę magis placent; etsi reliquas minimę contemnendas opinemur.

c Cognitio & scientia | Nonnulli hoc loco per cognitionem, definitiuam notitiã; per scientiã verò, demonstratiuã significari putant; quod vtraque harum ex causis habeatur. Hęc tamen interpretatio, si Gręci contextus verba expendantur, parũ idonea, ac liberę excogitata dęprehenditur. Verba enim εἰδέναι καὶ ἐπιστάσθαι quę etiam 1. Metaph. cap. 2. repetuntur, vel ambo significant scientiam, quę habetur per causas, nec nisi ad maiorem explanationē simul ponuntur, vt Simplicius, & Philoponus aiūt. Vel, vt putāt Auerroes, & Themistius, (quod tamen nobis minus probatur) primũ, hoc salē loco, ad plura se fundit; quã secundũ quia nimirũ illud omnę profus cognitionē, siue per causã, siue alio quouis modo partã cõprehendit: hoc verò eã dütaxat, quę proprię scientia vocatur; ac si diceret Arist. ex horum perceptione cognitionem fieri, ac scientiam, idest gigni cognitionem, non quamlibet; sed perfectam, & quę scientia ritę appelletur.

Cognitio & scientia quod differant.

d Siquidem vnumquodq; | Maiorem propositionē syllogismi, quõ primũ effectũ probare ceperat, confirmat ex cõmuni hominum sensu, & opinione, quę veluti quędã tacitę loquētis

naturę vox est. Tũc enim inquit, nos aliquid scire existimamus, cum causas primas, primaque principia vsque ad elementa cognoscimus. Assumptionem nõ probat, cuius rei causam alij aliam reddunt. Simplicius putat iccirco eam Aristotelem hoc loco non probasse; quod in huius libri decursu multum operę in ea stabilienda collocaturus esset. Theophrastus tamẽ Aristotelicę scholę auditor, & successor, eã in hunc modum confirmasse dicitur. Omne corpus est compositum; quod autem compositum est, necessariõ habet principia, & partes, ex quibus oritur, aut coalescit: atquẽ entia naturalia, quę Physiologia scrutatur, sunt corpora, vt manifestum est: sunt igitur cõposita, constantque principijs, & causis. Ex quo tandem sequitur Physiologiam, doctrinam esse, in qua sũt principia, causę &c.

Communis hominũ existimatio, quã si naturę vox

Textus 2. *e Insita verò naturaliter via est ex his, quę nobis magis sunt nota, & manifesta ad ea, quę natura sunt notiora, ac manifestiora. Non enim nobis, atque simpliciter eadem nota. Quapropter necesse est, vt hoc modo progrediamur, nempe ex his, quę natura minus sunt manifesta, nobis autem manifestiora, ad ea quę naturaliter magis sunt manifesta, & notiora.*

Textus 3. *f Quę autem sunt magis confusa, primum nobis nota sunt & manifesta: post verò hæc diuidentibus elementa, & principia ex ipsis innotescunt.*

Quo-

e Insita verò | Hic etiam locus controuersus est, & in quo plerique interpretum dubiaherent sententia. Dicendum tamen probari nunc ab Aristotele posterius pronuntiatum; nempe, a communioribus ad minus communia procedendum esse. Quę est D. Thomę, & Philoponi expositio; licet aliter sentiant Auerroes, Themistius, & Theophrastus. Vt autem probationis vis eluceat, aduertendum est institutum Aristotelis esse explicare, a quibus nam principijs exordiri velit. Quia namque paulõ ante a principijs progrediendum sibi esse dixerat; posset alicui in dubium venire, esset ne a principijs rerum communiorũ, an minus communium initia ducatur. Ait igitur consiliũ sibi esse, a rerum magis communium initijs auspiciari. Oportere autem ita fieri, ex eo probat cap. 1. & 4. lib. 1. de partibus animalium; quia magnum in docendo vitium est sepius idem dicere; hoc verò effugere nemo potest, nisi a maximę communibus ad ima per inter media profiscatur. Idem verò in presentia ostendit cõglobata quadam argumentatione, quę tribus continetur syllogismis, in quõ in vltimo propositum colligitur. Primus in hunc fere modum sese habet. A quibus insitum est a natura, vt progrediamur, ab iisdem progrediendum est; hæc autem ratio, & via a natura nobis est insita, vt a notioribus nobis ad notiora natura progrediamur, ab ijs igitur progrediendum. Suppressa maiori propositione, minorem, & conclusionem exprimit; eam vtriusque causam reddens; quia non sunt, inquit, eadem nobis, & simpliciter nota. Hoc verò effatum, in quo sensu verum sit, excutiemus postea.

A cõmuni oribus capiendum.

f Quę autē sunt magis | Assumptionē effert secundi syllogismi, cui in hanc formulã aptari potest. A notioribus nobis ad ea, quę natura sunt notiora, incederẽ dũ est; sed nobis primũ ea, quę confusa sunt, notiora existunt; a confusis ergo incedere oportet. Maior propositio est prioris syllogismi conclusio. Minor suadet, quoniã elementa, & principia, idest partes, quas totum in se confuse cohibet, ex diuisione totius innotescunt. Quod planẽ indicat rem totã

prius sese exhibere cognoscendam, nobisque magis esse manifestam; quam partes, ex quibus constat. Nemo enim totum, quod ignorat, diuidit.

g Quo circa ex vniuersis | Conclusionem proponit tertij syllogismi, qui hoc modo concludi debet. A confusis proficiscendum est; communiora sunt confusa; si videlicet cum singularibus, seu partibus, quas suo complexu continet, conferantur: à communioribus igitur ad singularia, seu minus communia est proficiscendum. Maior est conclusio posterioris syllogismi. Minorem non expressit; quia satis perspicuum erat vniuersalia tota quaedam esse, quæ sub se partes comprehendunt; alioqui vniuersalia non essent.

Tria indicia.

h Etenim totum | Sequuntur tria indicia, seu similitudines, quas Aristoteles quorsum afferat, inter expositores non satis conuenit. Dicendum tamen eò spectare, vt probet magis vniuersalia notiora nobis esse. Primū indicium capitur à toto, quod sub sensus notionē cadit; hoc modo. Vt se habet sensus ad totū sensibile; sic proportione quadam intellectus ad totum intelligibile; totum autem sensibile notius sensui est, quam singulæ partes; ergo & totum intelligibile intellectui. Atqui vniuersale respectu singularium est totum quoddam intelligibile; est

igitur notius, quam singularia, seu quam minus vniuersalia.

g Quocirca ex vniuersis ad singula progredi oportet: h etenim totum sensu est notius. Vniuersum autē totum est quoddam: siquidem multa vt partes, comprehendit.

i Sic autem & nomina, quodammodo affecta sunt ad definitionem. Totum enim quoddam, & non distinctè significat, vt circulus, at eius definitio diuidit in singula. & Pueri quoque principio viros omnes nūcupant patres, & mulieres matres; sed horum vtrunque postea discernunt.

i Sic autem & nomina | Secundum indicium petitur à toto, cuius natura definitione explicatur; ita ferè. Quo pacto afficitur intellectus ad rem definitam, dum eā simplici modo significatam, & inuolutam adhuc percipit, & ad partes, quæ naturam definiendo expriment, eodem afficitur ad totum vniuersale, & ad partes ei subiectas; siquidem vnūquodque eorum totū quoddam est: sed id, quod definitur, notius est intellectui, quā partes definientes: ergo & totū vniuersale, quā partes subiectæ. Minor propositio liquet ex eo, quod nihil in definitione promptius, priusue mēti occurrit; quam res ipsa, quæ definitur.

Textus 4.

Textus 5.

k Pueri quoque | Tertium affert indicium à progressu puerorū in cognoscendo; quasi ita argumētetur. Ea sunt nobis notiora,

quæ pueri ductu, instinctūque naturæ prius apprehendunt; sed pueri prius apprehendunt magis, quam minus communia: ergo & nobis magis communia notiora erunt. Assumptionem probat; quia pueri prius sub vaga, & confusa mentis notitia viros omnes patres appellant, & mulieres matres; deinde verò, cum iam ætatis accessu sese exerit, atque elucet vis rationis, ad distinctam procedunt cognitionem, resque sigillatim dignoscunt, & parētes appellant suos.

Lege hac de re Ari. in probl. sect. 30. probl. 4. Galenum in lib. de form. fetus.

Dubitatio.

Hic fortasse querat aliquis cur Aristoteles à principijs, & causis; non autem ab effectis progrediendum sibi esse dixerit; maximè cum in rebus physicis notiora nobis sint effecta; quam causæ? Vnde & qui primi Physiologiam inuenere, ab effectis ad causas progressi sunt, cum enim effecta cōtēplarentur, eorumque, latentes causas ignorarent, in admirationem adducti ad causarum indagacionem animum intenderunt. Sed occurrendum in naturalium rerum scientia comparanda alteram è duabus vijs iniri posse, nimirum inuentionis, vel auscultationis. Priorem tenuere Physicæ inuentores: posteriorem consecrari solent, qui partem iam, traditamve ab alijs scientiā ediscunt. Si igitur Physiologia primo modo acquirenda sit, haud dubiè ab effectis initium capere oportebit; siquidem qui Physicam veritatē inuentione propria inuestigant, primo aggressu in effecta incurrunt, vtpote quæ se vltro sensibus ingerunt, ac fere semper notiora sunt, quam ipsorum causæ, quæ plerumque abditis naturæ recessibus occultantur. Quod si eadem disciplina posteriori modo perfecte atque absolutè comparari debeat, à causis ducenda erunt exordia; propterea quod qui alios rerum cognitione perfectè

Responsio.

instituunt, ea prius explicant à quibus cetera pendent; hæc autem sunt principia & causæ. Patet ergo cur Aristoteles in hoc Auscultatorio opere, in quo

exquisite doctrinæ ordinem sequitur, à causis, non ab effectis auspicandum sibi esse profiteatur.

QUAL-

QVAESTIO I.

AN PERFECTA CVIVS QVE
rei cognitio omnium caussarum
intelligentiam deposcat.

ARTICVLVS I.

Quæstionis dissolutio.



Vius excitandæ cōtrouersię occasionē dedit Arist. initio superioris capituli, cū docuit tū denique nos aliquid scire, cū causas primas, primāq; principia, etiam vsq; ad elementa, cognita habemus. Vt autem quid sentiendum sit dilucidè aperiamus, prius à nobis varia cognitionum genera, quæ ad propositi explicationem attinent, in medium afferenda sunt.

Cognitionū igitur alia definitiua est, alia demonstratiua. Definitiua dicitur, quæ definitione cōparatur; demonstratiua, quæ demonstratione acquiritur. Nō sumitur autē à nobis hoc loco definitio, & demonstratio fuso nominis significato; sed ita vt eā dūtaxat definitionē, quæ subiectæ rei naturam declarat; & eam solum demonstrationem, quæ ex causis procedit complectamur. Enimverò demonstrationes ab effectis, imperfectæ sunt, & quasi *inchoatæ*; item verò definitiones, quæ rei essentiam non attingunt, quædam potius sunt adumbrationes rerum; quam definitiones. Deinde harum cognitionum vnaquæque bipartitò distribuitur, nimirū in simpliciter perfectam; & in eam, quæ in certo genere siue causæ, siue scientiæ, perfecta nūcupatur. Rursus cognitio vniuersim accepta, aut est comprehensiuæ rei; aut non comprehensiuæ. Cōprehensiuæ, vt explicat D. Tho. 1. part. q. 12. art. 7. & 3. contra gentes cap. 55. dicitur, quæ res cognoscitur, quantum ex se cognoscibilis est. Non comprehensiuæ vero, quæ non ita se habet.

Illud præterea obseruandum est ex Aristotele 2. lib. huius operis cap. 5. tex. 50. & 5. Metaph. cap. 2. tex. 3. caussarum alias esse per se, alias per accidens. Causæ per se vocantur, à quibus per se effecta pendent, quo pacto homo progeneri ab se hominis causa est; & pictor eius imaginis, quam depinxit. Causæ per accidens dicuntur, à quibus non per se pendent effecta; quo modo grammaticum Sophronisci, est causa Socratis; & musicum Apellis, causa picturæ.

His positis sit prima assertio. Nec demonstratiua, nec definitiua rei cognitio, caussarum per accidēs intelligentiam requirit. Hęc assertio est philosophorum cōmunis. Probat̄ verò ex eo, quia teste

Aristo-

Quæ sit cog-
nitio defini-
tiua.
Quæ demon-
stratiua.

principia

Quæ compre-
hensiuæ.

Quæ non cō-
prehensiuæ.

Causæ alię p̄
se.
Alię per acci-
dens.

Prima asser-

Modos alios
causarū per
se & per ac-
cidens habes
apud Aristot.
locis hīc cit.
lege etiā D.
Tho. in lib.
de causis e. 1.

ac de
n pro
t. 30.
4. Ca
in lib.
n. 59.

Aristotele 2. Metaph. cap. 1. tex. 4. vt se habet esse cuiusq; rei; ita & eius cognitio; nullius autē rei esse pendet simpliciter à causis per accidens. Accedit quod eiusmodi causæ, cum pro circumstantiarum occurſu varientur, & earum complures in vtrāq; partem eueniant; nequeunt sub certam mentis notionem cadere; proindeque nec ad definiendum, nec ad demonstrandum assumi debent.

2. assertio.

Secunda assertio. Ad definitiuam cognitionem absolutè perfectā exigitur, sufficitque omnium caussarum internarum perceptio: ad demonstratiuam verò absolutè perfectam, omnium tam internarū, quàm externarum caussarum notitia necessaria est. Huius assertio- nis prior pars, etsi à quibusdā negetur; omnibus tamen melioris no- tæ philosophis probatur. Suadetur verò ex eo, quia cognitio defi- nitiua est, qua rei natura cognoscitur: rei autem natura omnibus, ac solis internis causis continetur. Posterior, quæ inter philosophos communior est, traditurque ab Auerroë in proœmio huius lib. tex. 1. & à Iand. hoc loco q. 3. ea ratione ostenditur; quia cognitio de- monstratiua est, qua cognoscimus causam, ob quam res est; vnum- quodque autem non ob solas internas causas est; sed ob externas etiam. Vnde Aristoteles 2. huius operis lib. c. 7. tex. 70. & 8. Meta- phy. cap. 4. tex. 12. docuit Physicum per omnia caussarum genera demonstrare: & 2. posterioris Analyticæ c. 11. tex. 11. nullū causæ genus à demonstratione excludit.

3. assertio.

Tertia assertio. Cognitio definitiua in certo scientiæ genere per- fecta, sola caussarum internarum, quæ ad eiusmodi scientiā attine- ant, perceptione contenta est: demonstratiua verò, etiam externas; quæ tamen alterius facultatis non sint, exposcit. Hæc assertio per- spicua videtur; siquidē à qualibet scientiā, eæ duntaxat causæ, quæ ad eam spectant, postulandæ sunt; alioquin cogèrentur artifices ex- tra res sibi subiectas vagari, & in alienos terminos irrūpere. Ex quo intelliges posse Physicū perfectam rerum naturalium obtinere sciē- tiam, perfectam, inquam, in suo genere; esto communia quædam ea- rum attributa, quorum conceptus materiam non includunt; atque adeò physicæ considerationis metam excedunt, non pernoscat: vt quid substantia sit, quid ens, aliāque id genus, quæ tametsi ad rerū naturalium essentiā pertineāt; sunt tamē Metaphysici negotij, vt fuit à nobis alibi explicatum. ^a Id, quod diximus de cognitione in certo sciētiæ genere pfecta, similiter de cognitione perfecta, in certo caus- sæ genere accipiendum erit. Nec enim vt quis, verbi gratia, obtineat hominis cognitionem perfectam in genere causæ materialis, oportet formalem causam asciscere, vt satis patet.

4. assertio.

Quarta assertio. ^b Cognitio comprehensiuā rei non solūm perce- ptionem omnium eius caussarum; sed etiam effectuum, quos possit edere, & proprietatum ac virium, quæ essentiā consequuntur, & denique omnium perfectionum, quæ in naturali eius potentia con- tinentur, efflagitat. Hæc assertio astruitur à D. Thom. 1. p. q. 12. art.

Idem astruit
Auerroes &
Ægidius Ro-
ma.

^a In proœmio
huius operis
q. 2. art. 4. & 1.
Metaphy. q.
1. art. 1.

^b Pro hæc cō-
cl. lege Dur.
in 1. d. 35. q. 1.
Aliacensē itē
in 1. q. 3. ar. 1.
Gabri. q. 7. &
in 3. d. 14. q.
1. a 3. dub 2.
Ochamū in
4. q. 13. Capr.
in prol. q. 1.

sapide.
cognitio.

Secunde.

tomar

fayor.

Secunde

Legit
1. p. c.

Legit
cam
Phy.
16. sc.

art. 7. & 2. lib. contra gentes cap. 1. alijsque in locis; potestque ex eo probari, quia cognitio comprehensiva, vti diximus, est ea, qua res cognoscitur, quantum ex se cognoscibilis est; vnūquodque autem ex ijs omnibus cognosci potest, ac debet: siquidem dum aliquid horum nos latet, non circūspicimus fines rei; quos tamen circūspicere debere eum, qui rem comprehendit, affirmat D. Augustinus in lib. de videndo Deum ad Paulinam cap. 9. Intellige autem (quod D. August. aduertit Durandus in 1. d. 35. q. 1.) debere à comprehendente, fines circūspici; vel positiuè, modū terminumvè statuendo, vti accidit in comprehensione rei creatæ; vel negatiuè, remouendo excessū; quo pacto res habet in cōprehensione, qua se ipsū Deus cōprehendit, qui essentia suæ metam non attingit; cum illa nullis perfectionum limitibus definita sit, & actus, perfectioque diuinæ essentia, diuinæ cognitionis actū nō excedit; sed vtraq; alteri ex æquo respōdet.

Dixim⁹ porrò ad comprehensionem exigi notitiam perfectionum; non omnium; sed quæ in naturali rei potentia continentur; quia quæ ad potentiam, quæ obedientia dicitur, spectant, vt vnio Verbi diuini respectu humanitatis, lumen gloriae comparatione intellectus creati, aliaq; eiusmodi, quemadmodum supra naturā eminent; sic ad comprehensiuam eius notionem, non requiruntur. Imò neque ad illam deprecanda est cognitio omnium effectorum naturalium singularim; sed eorū duntaxat, quæ sunt specie distincta; quia indiuidua sub qualibet specie, possunt esse nō tot, quin plura; ideoque sub scientiam nō cadunt: atque omnia eiusdem speciei sunt perfectione essentiali æqualia; proindeque in causa non requiritur ad vnum virtus diuersa ab ea, quæ ad alia: at species sub eodem genere nec in infinitum multiplicari possunt; saltem hoc mundi statu, semperque alia essentiali perfectione, aliam excedit, iuxta illud Aristotelis 8. Metaph. cap. 3. tex. 10. species sunt veluti numeri. Quare quot plures fuerint, eo maiorem diuersamque in sua causa arguent perfectionem; atque adeo earum cognitio ad illius vim comprehendendam exigetur. In singularibus verò non ita res habet.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTA, QVIBVS, EA, quæ proximè asserta sunt, oppugnari possunt.

Sed aduersus ea, quæ articulo proximo statuimus, nonnulla sese offerunt argumenta. Primum est. Accidens, teste Aristotele 7. lib. Metaph. cap. 1. nequit sine substantia perfectè definiri, sicuti nec sine illa perfectè intelligi: & tamen substantia non est interna; sed externa causa accidentis. Non igitur definitiua cognitio sola causarum internarum perceptione contenta est.

Secun-

lege d. Tho.
1. p. q. 12. ar. 8.

lege Fonse-
cam 5. Meta-
phy. c. 28. q.
16. sc. 2.

Comprehen
sua cognitio
non requirit
notitiam om
nium effecto
rum singula
tim.

requerere

se Sa. Sepu

requerere

1. argumen-

2. argumen.

Secundum, Quemadmodum multo perfectius ex demonstratione cognoscimus affectionem subiecto conuenire, cum non solum internas, sed externas etiam causas penetramus; ita multo absolutius quid res sit per definitionem intelligimus, cum eius non modo internas causas; sed externas simul comprehendimus; alioqui superuacaneum esset externas causas internis in definitione adiungere; quod tamen philosophi non raro faciunt. Vnde Aristoteles ipse 1. posteriorum c. 2. demonstrationem, per finem; & in lib. 2. de anima c. 8. tex. 90. voce, per causam efficientem definit. Non minus igitur ad definitiuam; quam ad demonstratiuam cognitionem, externae causae requiruntur.

3. argumen.

Tertium, Nulla causa externa vendicat sibi nexum indissolubilem, ac necessarium cum affectione, quae demonstratur: igitur nulla earum adhibenda erit in propositione aeternae veritatis. Quare cum demonstratio ex necessarijs constet, docente Aristotele 1. posteriorum cap. 6. plane sequitur nullam causam externam in demonstratione assumi posse. Primum pronuntiatum suadetur ex eo, quia omnis causa externa aut est finis, aut efficiens, aut exemplar; quorum omnium causalitas existentiam rei spectat; nec ab illa absolui potest: siquidem efficiens est a quo oritur actio, qua res producitur; finis est, cuius gratia fit aliquid; denique exemplar definitur id, quod efficiens imitatur.

4. argumen.

Quartum, Tam definitio, quam demonstratio, in generant mentis notitiam necessariae connexionis inter praedicatum, & subiectum. Haec autem connexio non videtur esse aliud, quam ratio quaedam rationis, quae proinde in natura rerum proprie causam non habet. Nulla igitur praedictarum cognitionum ex causis comparari potest.

5. argumen.

Quintum, Ut est commune philosophantium proloquium, essentiae non habent causas; ergo cognitio, qua rei essentia cognoscitur; cuiusmodi est definitiua; non poterit per causas obtineri.

6. argumen.

Sextum, Nihil comprehenditur, nisi quod quantum ex se cognoscibile est, cognoscitur? Nulla igitur omnino res est, quae sub intellectus creati comprehensionem recidat. Probatur consecutio; quia nihil, vel a nostra, vel ab angelica mente tam perfecte intelligitur; quin a Deo infinite perfectius intelligatur.

7. argumen.

Septimum, Si ad perfectam rei comprehensionem oporteret omnes eius causas percipere, sequeretur materiam primam a nullo intellectu creato comprehendere: quod tamen falsum esse ex eo constat; quia alioqui proprium Dei non esset, comprehensionem effugere. Consecutio ostenditur; quia nullus intellectus creatus naturae viribus intelligit infinita: at materia prima habet essentialem ordinem ad infinitas formas specie differentes, a quibus per se pendet. Nec enim eas tantum respicit, quas usitato naturae curriculo suscipit; sed illas etiam, quae in eam diuina virtute induci queunt; siquidem cum qualibet earum, ut cum suo proprio actu, non secus ac cum ijs, quas nunc recipit, in vnus compositi naturam coire potest.

Octa

Alberti 1. de
causis vbi
tat Auicennae
Algazellae &
Alpharabii,
d. Thomae 1.
contra gent.
c. 52. Capte-
oli in 1. d. 8.
q. 1. ar. 1. 56
cinatis 5. Me-
taph. q. 10.

caja

sugri

possunt

Octauum, In disciplina Aristotelis, qui mundum finxit ab æterno, Bucephalus Alexandri habuit infinitos progenitores; atqui nõ solum ab eo, à quo proximè fuit genitus; sed ab illis omnibus pendet, vt à causis per se; quandoquidẽ id, quod est per se causa causæ, est etiam per se causa effectus: ergo si ad comprehendendũ Bucephalum requiritur notitia omnium causarum per se; cum illæ infinitæ sint; à nullo creato intellectu comprehendi poterit, vt proximè argumentabamur.

8. argumen.

Lege D. Tho.
3. p. q. 10. art.
2. & 3.

Nonum, Ex eo D. Thomas, alijque Theologi probant, animam Christi omnia effecta (non excipiendo singularia) quæ in potestate cuiuslibet rei creatæ sunt, cognoscere; quia alioqui non omnes res creatas comprehenderet. Igitur ad comprehensionem, necessaria est perceptio omnium effectorum, non solum in specie; sed in singulari etiam, quod negabamus.

9. argumen.

ARTICVLVS III.

SUPERIORA ARGUMENTA

nihil conficere aduersus ea, quæ articuli
primi assertionibus continentur.

Hisce argumentis hoc modo occurrendum erit. Primo quidem admittendo causas externas nonnunquam ad definitiuam cognitionem deposci; non quidem per se; sed qua ex parte rei definitæ essentiam terminant; quo pacto se habet substantia comparatione accidentis. Vnde huiusmodi causæ à nonnullis, externe quidem rei; sed internæ definitionibus, dici consueuerunt. Quod verò de substantia respectu accidentis dicimus; pari ratione intelligi debet de actibus, & obiectis respectu potentiarum; itemq; de re-latis, quorum vnum reciproca vicissitudine altero ad sui definitionem & notitiam indiget.

Solutio 1.

Requeruntur

Causæ quædam
externæ rei, in
terne defini-
tionibus.

Ad secundum, sunt qui propositum admittant, fateanturque definitiuam cognitionem externas etiam causas requirere. Sed nõ rectè iudicant. Etenim cum essentia cuiusque rei solis internis causis contineatur; non est cur ad sui notitiam externarum causarum opẽ asciscat. Nec verò quod hæc ad illas cognoscendas adiumento esse soleant; ideoque pariter nonnunquam in definitione assumantur; iccirco earum perceptio ad definitiuam cognitionem absolutè necessaria censeri debet. Alioqui proprietatum quoque & effectorum observatio, ac notitia (quod iidem tamen auctores negant) ad eandem posceretur: cum hæc, teste Aristotele 1. de anima cap. 1. tex. 11. ad rerum essentias inuestigandas, & peruidendas multum conferant.

Solutio 2.

tome

*separata
quædam*

H Vide

Videlicet cum hoc loco de cognitione definitiua disputamus, nō ea, quæ nos ad inueniendam, vel adumbrandam rei essentiam subsidia-
ria ope iuuent, aut quoquo modo manu ducant, inquirimus; hæc enim latissimè patent; sed quæ nam illa sint, in quorum perceptio-
ne cognitio definitiua, siue essentiæ notio per se consistat; quæ pro-
fectò sunt causæ internæ duntaxat. Nam qui has perspectas habet, nihil essentiæ inexploratum reliquit. Itaque negandum est perfe-
ctius, hoc est, plus essentiæ comprehendere, qui etiã extraneas caus-
sas complectitur; siquidem extraneæ, extra essentiam sunt. At in de-
monstratiua cognitione secus accidit; cum enim demonstrationis
munus sit explicare propter quid prædicatum subiectæ rei conue-
niat; cumque illud tum ob internas, tum ob externas causas conue-
nire possit; debuit sanè demonstratio, & quam ipsa gignit, demon-
stratiua cognitio, nullum causæ genus, à quo prædicatū per se pē-
deat, aspernari.

Solutio 3.

Ad tertium, dicendum in primis dubium non esse, quin per caus-
sam etiam efficientem, finē, & exemplar demonstrari possint enun-
tiationes, in quibus Physica tantum necessitas insit; cuiusmodi sunt
in Naturali philosophia, & Medicina non pauca, vt æstiuo tempo-
re magnum esse calorem, morbos Autumni difficile curari. Deinde
addendum, pronuntiata etiã absolutæ necessitatis haud dubiè de-
monstrari posse per causam formalem externam, quæ mensurat ef-
sentiam rei, vt antecedit omnem existentiam, cuiusmodi sunt obie-
cta respectu potentiarum, & habituum, ideæque diuinæ, quas spe-
culatrices vocant, præintelligunturq; ipsi diuinæ arti respectu crea-
turarum. Denique per efficientem, & finem demonstrari posse de
quavis re, quæ creari potest, ipsam creabilem esse, factibilemve à
Deo propter ipsum. Præterea, vt in totum argumento satisfaciamus,
dicimus si causæ externæ spectentur non prout actu exercent
causalitates suas sub actu existentia, quo pacto ab Aristotele defi-
niuntur; sed secundum se; posse tunc effecta etiam absolutè neces-
saria obtinere ad illas (si item simpliciter necessariae sint) ordinem
necessariæ dependentiæ, perpetuamq; connexionem cū eisdem; at-
que adeò per eas demonstratione perfecta ostendi.

Solutio 4.

Ad quartum, omiſſa maiori propositione, dicendum est cum Sō-
cinate 6. Metaphys. quæst. 19. illam necessarij prædicati cum sub-
iecto connexionem (quando necessitas est absoluta) formaliter qui-
dem esse relationem rationis, quæ in rebus propriè causam non
habet; materialiter verò esse ipsa extrema, vt vnum alteri con-
nectitur; quæ extrema, vt causas habere possunt; ita & per eas
demonstrari. Cum igitur connexionum causas ex demonstratio-
ne tenere dicimur; connexio non formaliter, sed materialiter acci-
pienda est.

Solutio 5.

Ad quintum dicito, effectum illud philosophorum negantium
essentias habere causas, non esse intelligendum de causis internis,
sed

Secundum.

agnitas.

et scilicet.

desperat.

An causæ ex-
ternæ requi-
rantur ad co-
gnitionē de-
monstratiuā.

Ad solutio 2.

Exemplum.

Ad solutio 3.

Ad solutio 4.

Ad solutio 5.

sed de externis; imo neque de ijs in vniuersum, vt ex tertij argu-
 menti solutione constat, & suo loco explicatiùs dicetur.

Lib. 2. huius
 operis.

De varijs mo-
 dis quib9 res
 dicuntur cõ-
 prehendi G1
 br. in 1. d. 3.
 q. 7. & in 3.
 d. 24. q. 1. ar. 3.

Sextum, cui succubuit Ochamus in 4. distinc. 13. aiens creatu-
 ram à solo Deo comprehendi, facile à nobis diluetur, si priù saduer-
 terimus rem quanlibet ab vno intellectu cognitam, dupliciter ma-
 gis cognoscibilem dici. Nimirum, vel quod adhuc ab alio perfectio-
 ri intelligi possit, quod vocant magis cognoscibile ab extrinseco;
 quo pacto leo cognoscibilior est ab angelo, quam ab homine, & à
 Deo quam ab angelo; vel quia perfectio ipsa, modusve rei cognite,
 non absolutè attingitur, & penetratur à facultate intellectu-
 ric, siue quod eius captum exuperet, siue alia de causa: quod cognoscibili-
 us ab intrinseco appellari consuevit; sicque diuina natura, ob infini-
 tam suæ dignitatis amplitudinē, amplius ex se intellectu-
 lis est, quam à re vlla creata percipi queat. Vnde est illud D. Gregorij lib. 1. in
 Ezechielem homil. 8. quātuncunq; mens in contemplatione Dei
 profecerit, non ad illud, quod ipse est; sed ad illud, quod sub ipso
 est, attinget. Hoc posito respondetur argumento, fat esse ad com-
 prehensionem, si res, quantum ab intrinseco cognoscibilis est, per-
 cipiatur; sic enim comprehensionis definitio intelligi debet, atque
 hoc modo posse creaturam vnam quantum cognoscibilis est, ab alia
 cognosci.

Solu. 6.

se sequitur

Bifariam ali-
 quid cõpre-
 henditur.

Vel sūma co-
 gnitione, que
 esse potest.

ut a capia

Vel sūma quā
 res poscit.

An natura
 plures, quam
 quod fecit, fa-
 cere species
 queat pertra-
 ctat Aegidij
 quodl. 6. q. 8.
 Scotus in 1.
 d. 2. q. 2. Bar-
 gius d. 1. q. 2

Ad septimū, omissa longiori disputatione, dicendū, vt quis na-
 turali cõprehensione, de qua hīc agitur, materiā comprehendat, fat
 esse percipere formas omnes, quæ hoc mundi statu viribus agentiu
 naturalium in eam induci possunt, quas definito numero contineri
 communis est philosophorum sententia tradita ab Aristotele 2. lib.
 Metaph. cap. 2. & à Platone in Philebo. Neque officit, quod mate-
 ria, vt argumentum concludit, naturali propensione eas etiam for-
 mas phylicas respiciat, quas ab alijs agentibus naturalibus, quæ à
 Deo crearentur, recipere possit. Vt enim illæ ad ordinem, cursum-
 que vniuersi, prout nunc se habet, non pertinent: ita neque earum
 cognitio ad materiam, pro hoc statu, comprehendendam exigenda
 est. Quod si quis pressius vrgeat, saltem si materia absolutè specte-
 tur, abstrahendo eius considerationem ab hoc, aut illo rerum statu
 (quo pacto, vt omnes naturales formas sine exceptione æquè respi-
 cit; ita omnes ad perfectam sui notitiam requirit) si quis inquā vr-
 geat, materiam ita sumptam non posse vi naturæ ab intellectu creato
 omnibus numeris absoluta comprehensione intelligi. Occurrendū
 erit verū id quidē esse, neq; debere absurdū videri, quod aliqua crea-
 turæ eo modo nō cõprehendatur. Nō enim propriū Dei est naturali
 vi intellectus creati non posse comprehendi; sed neque naturali, ne-
 que supernaturali vi ab vlllo, præterquam à se comprehendi posse.
 Atque huic etiam argumento tanquam corollarium damus non pos-
 se magnitudinem perfectissima illa notione ab intellectu creato cõ-
 prehendi, cum per se pendeat ab infinitis partibus, ex quibus coa-

Solu. 7.

say nojo

lescit. Quamquam ut humano more comprehendatur satis sit cognoscere eas partes, in quas vi naturæ secari potest, ita ut peracta diuisione maneat, quæ haud dubiè certo numero continentur.

Solutio 8.

Ad octauum, dicendum equos cōtentos in illa serie progenitorū Bucephali ante eius parentem, licet sint causæ per se; non tamē esse per se, siue essentialiter subordinatas; sed per accidens; quandoquidem indepēdenter omninò ab actuali eorum concursu, qui tunc minimè extabat, Bucephalus à suo parēte genitus est, perinde ac si ipsi nunquam præcessissent. Ad perfectam verò rei cognitionem nō requiri notitiam caussarum per accidens subordinatarum; licet alioqui sint causæ per se.

Solutio 9.

Ad nonum, respondendum est D. Thomam, cæterosque Theologos, dum probatione illa vtuntur, non loqui de communi, & quasi vulgari comprehensione, quam diximus omnium singularium notitiam non requirere; sed de alia multò nobiliori, quæ eminentem animæ Christi dignitatem, & excellentiam decet.

Q · V · Æ · S · T · I · O · II.

Q · V · Æ · N · A · M · S · I · N · T · N · O · B · I · S

notiora cognitione distincta.

A R T I C V L V S I.

Q · V · I · D, E · T · Q · V · O · T · V · P · L · E · X · S · I · T

cognitio distincta, & confusa; & quo pacto vtraque ad alteram se habeat.



Vemadmodū poetæ fabulis, Pythagorei philosophi symbolis, Platonici mathematicis; sic Aristoteles orationis breuitate arcana Philosophiæ obtexit, & obscurauit; id verò tū sæpe aliàs, tum, vt interpretes aduertunt, in hoc proœmio, cum de ordine singularia & vniuersalia cognoscendi, distulerit. Quocirca de ijs erit à nobis in præsentia paulo fufius agendū. Vt autem tota hæc disceptatio explicatior sit, prius de cognitione distincta & confusa vniuersæ, ac generatim disputabimus. Totū igitur, vt de eo quidem nunc agimus, duplex est, vniuersale, & essentialiale. Totum vniuersale est, quod ad partes subiectas refertur, vt animal ad hominem & belluam: dicitur verò à Proclo propositione 67. totum in partibus; ab alijs totum potentiale, eo quod partes in sua potestate cohibeat. Totū essentialiale est, quod refertur ad partes essentialitatis, vt homo ad materiam & formam; vocaturque à Proclo, lococitato, totum ex partibus; ab alijs totum actuale; quod partes in se

Testatur Iamblichus in principio lib. de mysterijs. Cic. 1. de nat. deor. Lactantius in Pythagora. Bessarion lib. 1. contra Calam. Platonis c. 2.

Totū duplex
vniuersale.

Essentialiale.

actu

actu comprehendat. Nomine partium intellige hoc loco non eas tantum, quæ propriè partes dicuntur, sed etiam, quæ utcumque modum partium habent, quo pacto genera summa partes essentia habere dicuntur. Qua de re postea.

Quia verò totum in cognoscentis potentia notionem dupliciter cadit; distinctè videlicet & cōfuse; fit ut notitia totius bipartita sit; distincta vna, confusa altera. Distincta est, qua totum omnibus, quæ in eo continentur, enucleatè inspectis, cognoscimus; veluti cū hominem sic intelligimus, ut explicita perceptione cuncta eius essentialia prædicata teneamus. Confusa est, qua totum ijs, quæ in eo continentur, promiscuè tantū ac permixtim cognitis, apprehendimus. Deinde cognitio distincta, aut est, qua totum actuale; aut qua totū vniuersale dearticulatè & distinctè cognoscitur. Illam distinctam actualem; hanc distinctam potentialem, philosophorum vsus vocat: totidemque modis confusa cognitio dispertiri debet. Ita fit, ut quatuor hoc loco statuenda sint cognitionū genera. Confusa actualis, & confusa potentialis; distincta actualis, & distincta potentialis.

Est autem inter huiusmodi cognitiones non parum discriminis. Nam confusa distinctam præi, ut asseruit Aristoteles cap. 1. huius libri tex. 2. D. Augustinus sexto Musicae, Dexippus lib. 2. quaestionum in categorias cap. 6. cæterique philosophi communi assensu. Id verò inde confirmat Scotus in 2. distinctione 3. quaest. 2. quia progressus naturæ est ab imperfecto ad perfectum per medium; confusa autem cognitio quasi medium est inter ignorationem & inter notitiam distinctam. Denique idem testatur experientia; siquidem prius in quodlibet totum incurrimus, quam ea, quæ in ipso continentur, particulatim distinguamus; sicque naturæ exploratores prius composita naturalia sub adumbrata & imperfecta notione intellexerunt; deinde ex eorundem sectione ad partes & elementa progressi sunt.

Differunt præterea, quia cognitio distincta actualis potest cum confusa potentiali consistere; itemque distincta potentialis cum confusa actuali; si quis enim animalis definitionem calleat, & interim species, quæ sub illo sunt, ignoret; is & cognitionem distinctam actualem, & confusam potentialem animalis pariter obtinebit. Contra verò si omnes animalis species cognitatas habeat, & eius definitionem nesciat, habebit utique cognitionem distinctam potentialem, & confusam actualem eiusdem. At neque confusa actualis cū distincta actuali; neque confusa potentialis cum distincta potentiali simul coherere possunt; ut præter alios aduertit Scotus in 1. dist. 2. q. 7. Quod tamen de vno eodemque mentis actu intelligi debet; in diuersis enim simul reperiri nihil vetat. Nam, qui huiusmodi enuntiationem, Homo est animal rationale, animo effingit; hominis conceptum & confusum & distinctum vna elicit. Confusum, prout hominem ex parte subiecti per se apprehendit; distinctum, quatenus eius partes, nempe animal, rationale, ex parte prædicati expressè concipit.

Sunt

Tege Plato-
nem 4. de Re
pub.

Duplex co-
gnitio.

Distincta.

Confusa.

Discrimē in-
ter cognitio-
nem confu-
sam, & disti-
ctam.

Aliud discrimē.

rajba

debe, e ayda

vay diah

*de vno an
cognitio
Le
mabrada m*

Quorūdam
sentētia de co-
gnitione di-
stincta & cō-
fusa.

obī namē

Ratio.

discreta, a cōfusa

rebus

Responsio.

nece

Actus sciētiæ
& opinionis
cur simul nō
coherant.

forma

secundum se

discreta

et cōfusa

ne?

Sunt tamen, qui in his, alijsque id genus pronuntiatis rem nullo modo confuse, sed distinctè percipi arbitrentur; propterea quod illis ita res percipiatur, vt eius partes animo lustrentur: cognitionē autem confusam talem esse volunt, vt partium notitiam non ab eodem solum, sed à quocunque alio conceptu, qui tunc menti infideat, prorsus excludat. Id quod etiā ex eo videtur confirmari posse, quia si cognitio distincta in eodem intellectu confusam admitteret, æqua ratione actus sciētiæ, opinionis actum secum etiam pateretur; cum vtrobique par dissidium occurrat. Sicut enim ex eo quod Socrates idem simul opinaretur & sciret, sequeretur eum eidem rei vt potest, & vt non potest aliter se habere, assensum dare: ita si idem pariter distinctè & confuse percipiat, fiet vt idem lustrando ac non lustrando partes simul apprehendat; quæ non minus sibi aduersantur.

Verū etsi non multū omninò referat vtrum in hac controuersia dicatur; cum vtrunlibet æqua ferè probabilitate dici possit; hæc tamen ratio propositum non euincit, vtpote, quæ neque verum assumit, neque assumptum probat. Non enim eodem modo se habet cognitio distincta ad confusam, quo sciētia ad opinionem; vt iam hinc perspicuum erit. Nam ex eo quod Socrates partes, verbi gratia, hominis vno conceptu penetret, alio non; consequens ideo non est, vt existimet hominem habere, & non habere partes; siquidē ea existimatio in eiusmodi cognitione confusa, & distincta nec expresse, nec implicite continetur.

At si vno actu pariter, sciret, altero opinaretur hominem esse risibilem; simul, saltem virtute & implicite, putaret hominē nō posse non esse, & posse non esse risibilem. Ea est enim opinionis & sciētiæ vis, ac natura; vt constat ex ijs, quæ primo lib. posterioris Analyticæ cap. 26. docuit Aristoteles. Vnde iā videre licet ex actu opinionis & sciētiæ, non autem ex cognitione distincta & confusa in eodem intellectu coherentibus, sequi pugnantia.

Est & alia dissimilitudinis ratio in prædictis. Nam cum quis actū elicit sciētiæ, medium demonstratiuum, quo vtitur, iure nobilitatis trahit ad se rationem probabilem, si qua tunc menti occurrit, eaque, tanquam aduentitiam opem, sibi adiungit, vt ambo ad vnum actum sciētiæ conspirent. Atque ita fit vt ratio probabilis à medio demonstratiuo cohibita, in proprium effectum non erumpat; ac denique vt, vel ob hanc causam, actus sciētiæ & opinionis vna constare in eadem mente non possint. In cognitione autem confusa & distincta secus accidit; quia cum animal, verbi gratia, per se intelligimus, & eius itidē partes sigillatim contuemur; ad huiusmodi perceptiones nō assumimus (sicuti cū ex necessarijs, & probabilibus argumentamur) aliqua media præcurrentia, quorum vnū ascendere sibi alterum possit, & ad suum duntaxat effectum producendum transferre.

ARTICVLVS II.

P. O. S. S. E. C. O. G. N. I. T. I. O. N. E. M. D. I. S. T. I. N. C. T. A. M. V. N. O. S. I. M. P. L. I. C. I. C. O. N. C. E. P. T. U. H. A. B. E. R. I.

Illud præterea in hac disceptatione à nonnullis in dubium vocatur; Num distincta rei cognitio vnico simplici conceptu haberi possit, an plures necessario requirat? Ac sanè quidem si de angelorum cognitione agamus, citra ambiguitatem est non exigere plures; cum angeli perspicaci simplicitate cuncta intelligant, eodemq; intuitu hominem, verbi gratia, & essentialia eius prædicata comprehendant; vt ex D. Dionysio 7. capite de diuinis nominibus, præter alios, edisserit D. Thomas 1. p. q. 58. art. 4. Quod item dicendū esse de illa cognitione, qua beatæ mentes omnia diuina naturæ attributa intuentur, communis est Theologorum sententia.

Dubitatio.

D. Dionysio.

Cæterum num idem homini in hoc vitæ statu interdum accidat, haud satis liquet. Nobis tamen pars affirmatiua magis placet, quam amplectitur Herueus quodlib. 7. q. 12. Et Galetanus ad cap. 3. libri de ente & essentia. Nam cum sensus videndi (vt ait Henricus Gandauensis quodlibeto 8. q. 33. & quodlibeto 15. q. 6.) vnico obtutu multa distinctè percipiat, veluti cum duos lapides propè intuemur; quid causæ erit, cur non idem intellectrici potentia concedatur? Præterea, cur animal rationis particeps, prout est hominis definitio, non vno mentis actu distinctè concipiemus? an quia, quæ distinctè cognoscimus necessariò vt plura concipimus; cum illa particulatim exploremus? quæ verò vno actu cõplectimur, non vt plura, sed vt vnum apprehendimus; quia plura, qua plura, neque simul intelligi, neque simplicem actum terminare queunt? At si huiusmodi ratio concluderet, neque in angelicam mentem distincta cognitio sub vno actu caderet. Occurrendum igitur est, ea, quæ conceptum simplicem distinctum terminant, & vt plura & vt vnū sumi; vt plura, in se ipsis; vt vnum, quatenus vnus obiecti rationem habent. Ita verò præstari eidem conceptui, tum simplicitatem, tum distinctiōnem; illam ab vnitatem obiecti, hanc à multitudine rerum, quas enucleatè cognoscimus. Est autem vnitatem obiecti, prout à nobis hoc loco sumitur, vnitatem quædam ordinis, quam habere necesse est, quæcunque menti per vnum actum simul obijciuntur.

Responsio.

Sensus videndi vno simplici aggressu multa distinctè percipit.

ijsta

clarum.

Ex dictis patet cognitionem distinctam nunc vno duntaxat conceptu; nunc pluribus simul contineri. Quod si distinctæ cognitionis varietatem colligamus; inueniemus tribus ferè modis accidere, vt totum aliquod actuale distinctè cognoscatur. Primò si quis hominē, verbi gratia, vno conceptu, & duobus animal rationale simul, apprehendat. Secundò, si duobus animal rationale tantum. Tertio si vno animal rationale tantum. Atque hæ omnes cognitiones, quæ-

que